reputari nō humilis p̄dicari: gaudet ꝺ cō/
temptu sui ꝛ in hoc consistit virtus humi/
litatis eēntialiter. Dicit eñ Tho. scd̄a 2ᵉ.
q. clxj. ꝙ cognitio ꝓpꝛij defectus ꝑtinet ad
humilitatem sicut regula q̄dam directiua
ip̄ius appetitus: sed in ip̄o appetitu consi
stit humilitas essentialiter: q̄ potissime ex
peritur: cum quis aduersa ꝛ obpꝛobꝛiosa

affectanter patitur:siue in factis siue ĩ ver
bis:qꝛ sicut ait Grego.in registro.Nã grã
de ẽ his nos esse humiles a quib⁹ honora
mur:quia ⁊ hoc seculares quilibet faciũt:
sed illis maxime humiles eẽ debem⁹ a q̃/
bus aliqua patimur.hec ille.Ad hãc hu/
militatẽ hortatur sapiẽs.Eccľ.iij.dicens:
Quanto magnus es humilia te in omni/
bus.i.ƀm gradũ magnitudinis vel gene/
ris nobilitate vel scientie:subtilitate vľ ho
norꝭ dignitate vľ vite scitate erit grad⁹ hu/
militatis:nec dicit maior qꝛ oĩs cõparatio
maioritatis scrupulũ habet suspitõis ⁊ cõ
tentiõis.Luc̃.xxij.Facta ẽ cõtentio inter
eos quis eoꝝ videtur esse maior:humilia
inquit te:vt humilitas sit volũtaria nõ co
acta:⁊ ab aliquo intrinseco nõ intrinseco.
Et hoc in omnib⁹ tam tẽporalib⁹ q̃ corpo
ralibus ⁊ spũalib⁹ que habes:qꝛ nihil bo/
ni habes qꝺ a deo nõ accepisti:⁊ q̃tum in
te est indignus accepisti.Sequiť.Et corã
deo inuenies gratiam.Jaco.iiij.Deus su/
perbis resistit:humilib⁹ aũt dat gratiam:
⁊ subdit cãm motiuã humiliandi dicens:
Quoniã magna ẽ potẽtia dei ⁊ ab humili
bus honorať.Aũ.j.Pe.v.Humiliamini
sub potenti manu dei vt vos ⁊c̃.Nam re/
uerentia bonitatis diuine ẽ causa cur oms
se debent humiliare:exemplo christi q̃ sum
me se corã deo patre studuit humiliare:q̃
se vocat ostium ad ingressum regni.Joh.
x.Ego sũ ostiũ:qui em̃ per ianuã paruam
transire voluerit nisi ad ostij mensurã se in
clinauerit:caput elidet ⁊ retrocadet:sic vt
ait dñs:Nisi cõuersi fueritis ⁊ efficiamini
sicut paruuli:nõ intrabitis ĩ regnũ celorũ.

Ad maiorẽ autẽ euidentiã sciendũ q̃ h̃
humilitas affectionis trib⁹ gradib⁹ perfi/
citur.Primus ẽ q̃ quis ꝓpriã volũtatem
nõ delecteť implere:⁊ ẽ vndecim⁹ in ordi/
ne graduũ humilitatis:nõ inquã delecteť
implere ꝓpriã volũtatẽ quã caro ⁊ sãguis
suggerit:sꝫ diuinã quã spũs ingerit:De q̃
volũtate dicit Bern̄.sup cantica sermone.
xxj.Volũtas ẽ motus rõnalis sensui presi
dens ⁊ appetitui:habet sane quocũqꝫ vo/
luerit rõnem semp comitẽ:⁊ quodãmodo
pedissequã:nõ q̃ semp ex rõne sed nunq̃
absqꝫ rõne moueať:ita vt nulla facit per
ipam cõtra ipsam:hoc est per eius q̃si mi/
nisteriũ cõtra eius cõsiliũ siue iudiciũ.Est
em̃ ratio data voluntati vt instruat. Ce
terũ oblatio ꝓprie volũtatis apud deum:
tam excellentis virtutis ẽ q̃ quicũqꝫ alia
virtutum opera:ex ipa solũ meritoria red/
duntur:eo scꝫ q̃ fiunt vt diuine voluntati
cõplaceant ⁊ obedientiã ostendant.Nam
si quis etiam martyrium sustineret vel oĩa
sua pauperib⁹ erogaret:nisi hoc ipm ad ĩ/
pletionẽ diuine voluntatis ordinaret:qꝺ
recte ad obedientiã ꝑtinet:meritoria neq̃/
q̃ esse possent:sicut nec sine charitate fie/
rent:que charitas sine obediẽtia eẽ nõ po
test:qꝛ si vera amicicia facit idem velle et
nolle:q̃tomagꝭ ipa charitas fac̃ idẽ velle ⁊
nolle cũ deo:ita vt suam voluntatẽ diuine
volũtati ⁊ dispositioni per omnia taꝫ ĩ vo
lito q̃ in modo volendi libere subijciat:sic
q̃ illius beneplacitũ sit ei summũ desideri
um:tam in aduersis q̃ ĩ ꝓsperis:siue sint
ꝑsecutiões:cõfusiones:infirmitates:peri/
cula vel similia:nihilqꝫ sibi reseruat ƀ to/
tum ordinationi diuine cõmittens:sedulis
p̃cibus viscerosa quadam dulcedine repli
cans:Fiat voluntas tua ⁊c̃.ita q̃ tandem
incorporatis pijs desiderijs:naturali qua
dã inclinatione p̃dominãte spũ toti⁹ gra/
tie ferri videať infatigabiliter ad amplec/
tendũ id qꝺ diuina ꝓuidentia disponente
vel permittente circa se conspexit actitari.
Sed ꝯtra hunc gradũ humilitatis opponi
tur.xj.gradus superbie qui dicitur liber/
tas peccãdi:p quã scꝫ quis delectať libere
facere qꝺ vult potius ƀm appetitum ꝓua/
tum q̃ ƀm iudiciũ rõnis.De qua dic̃ Ber.
de gradib⁹ humiľ.q̃ post q̃ terribili dei iu
dicio prima flagitia impunitas sequitur.
experta voluptas libenter repetitur:repe/
tita blandiť:cõcupiscentia reuiuiscente so
pitur ratio ligat cõsuetudo:trahiť miser/
in ꝓfundũ maloꝝ:tradiť captiuus tiran/
nis vitiorum:ita vt carnaliũ voragine de/
siderioꝝ absorptus sue rõnis diuiniqꝫ tĩo/
ris oblita:dicat insipiens in corde suo nõ
est deus.Jam indifferenter libitis ꝓ licitꝭ
vtiť.Jam ab illicitis cogitandis:patran/
dis:inuestigandis:anim⁹:manus:vel pe/
des nõ ꝓhibetur:sed q̃cquid in cor:in bu/
cam:ad manũ venerit:machinať:garrit ⁊
operatur.hec Bern̄. Secũdus vero gra B
dus ẽ obedientia vt scꝫ voluntatem suam
quis regulet superioris arbitrio:in omni
obedientia pro dei amore.Et est decimus
in ordine graduum humilitatis.Hic enim
gradus plenius attingitur:cũ superioris
voluntati se quis conformare nitiť:nõ so/
lum verborũ sed etiã nutuũ illius diligẽs
obseruator ⁊ executor effectus in nullo ex
cusationeꝫ p̃tendens:nec difficultatẽ cau
sans:nec inuoluntariũ se ostentans:si etiã

mitius suaue aliquãdo quid iniungit: re/dolere videatur. Illud prudenter attēdēs qđ ait Bern. de precep. ꝛ dispen. In obediendi ratione hec generalis regula teneatur: ꝙ in difficilioribus agendis: obeditio gratior ꝙ preuaricatio grauior iudicetur: ꝛ in facilioribus minusꝗ onerosis cōtemptus damnabilior ꝙ act⁹ laudabilior estimetur. Nec sunt inobedientia subditorum discutienda merita vel demerita superiorꝫ: quia dicit apl's generaliter. Obedite prepositis vestris: non tantū bonis sed etiam discolis. Et Augu. sic obedientie modus tenendus est: vt bonis in malo nō cōsentias nec malis in bono cōtradicas: ꝙ si bona sunt que iubent: debet tamen obedientia aliquid habere de suo: aliquādo vero nō. Unde Grego. xxxv. moral. Sciendum ē ꝙ obedientia aliquādo si de suo aliquid habet nulla ē: aliquādo vero si de suo aliquid nō habet: minima est. Nā cum hui⁹ mundi successus ꝑcipit: cum locus superior impatur: is qui ad ꝑcipienda hic obedit: obedientie sibi virtutē euacuat: si ad hoc etiā ex ꝓprio desiderio anhelat. Rursus cum mundi despectus ꝑcipit: cū probra adipisci ꝛ ꝯtumelie iubent: nisi hoc ex semetipo anim⁹ appetat: obediētie sibi meritū minuit: quia ad ea que in hac vita despecta sūt: nolens inuit⁹ ꝙ descendit: hec ille. Et exemplificat de moyse ꝗtū ad ꝓspera qui renuit ꝑncipatū populi isrl': ꝛ đ paulo ꝗtum ad aduersa: qui ꝓhibitus a fratribus ne hierusalē pergeret aduersa passurus: ꝯtinus rūdit: Nō solū alligari sed mori paratus sum in hierusalē ꝓ noīe iesu. Contra hunc aūt gradū ponit decim⁹ gradus superbie: qui ē rebellio cōtra superiores qua quis subijci nō vult superioris sui imperio. Inobedientie morbus ex supbie tumore procedit: sicut sanies ex vulnere: h morbo prim⁹ homo languit: qui bestijs terre prepositus fuit. Sed de his gratia breuitatis supsedeo. Tertius deniꝗ grad⁹ est ī i duris asperis ꝛ obprobriosis amplecti patientiam nō solum patienter sed etiā affectanter: cum scꝫ ad conformandū se dominice passioni: illusioni: reprobationi: et turpissime morti: aduersa queꝗ ꝛ obprobriosa desideranter adepta cōplectitur: nōdum habita querit celebrius inuitat dulcius cum illo qui dicebat. Improperiū expectauit cor meū ꝛ miseriam. Et hoc ꝗdem experientia felicissima percipit: ꝙ proflua dulcedo iocunditatis interne ex hoc ꝓlio patientie frequentius effluit mentem feliciter inebrians: ꝛ corpus ad illatas penalitates velut insensibile reddens. Uñ vt ꝗs imitatorē se cōstituat christi dicētis: Discite a me qꝛ mit' sū ꝛ humilis corde: duo sūt necessaria. Primū est vt quis se humilem exhibeat in ꝓpria cōuersatione. Secundo vt mitem se prebeat in alioꝝ despectione vł ꝑsecutione. Qđ vtrūꝗ dauid eleganť amplexatus est: de quo Grego. xxvij. moral. dicit inter alia: Intueri libet quanta virtutum munera dauid perceperat: atꝗ in his omnibus ꝙ fortis humilitati seruiebat. Quē enim nō extolleret ora leonum frangere: despectis prioribus fratribus elegi: reprobato rege ad regni gubernacula vngi: vno lapide goliaꝫ sternere: ꝛ cetera que gessit: ꝛ tamen cum archā dei hierusalem reuacat: quasi oblitus se prelatum: omnibus admixtus populis ante archā saltat. Et infra. Quid de eius factis ab alijs sentiatur ignoro: ego plus dauid saltantē stupeo ꝙ pugnantē: Pugnando quidem hostes subdidit: saltando seipm vicit. Quē michol cū humiliatum despiceret dicens: Q gloriosus fuit hodie rex ꝛc. ꝯtinus audiuit. Ludam ante dominū ꝛ vilior fiam plusꝙ factus sum: eroꝗ humilis in oculis meis: quasi dicat: Uilescere coram hominibus appeto: quia mihi seruare corā deo ingenuitatē: per humilitatē quero: in quibus verbis geminū humilitatis indicium exprimit scꝫ hominis exterioris cuꝫ dicit: Ludam ꝛ vilior fiam ꝛc. ꝛ hominis interioris tam in cognitione ꝙ etiam ī affectiōe qua scꝫ exteriora signa vilitatis ostendit. Hic subdit. Eroꝗ humilis ī oculis meis. Et hanc viam quicunꝗ recusat imitari: re vera christiani nominis honorare non est dignus insigniri: Dicit enim Beat⁹ Hier. inter alia. Cur graue sit pro dño sustinere oīa que aduenerint in hac vita: damna: derogatiōes: suspitiōes: detractiones: ꝛc. qñ ille cū deus sit ꝛ dei filius: pro salute tua obprobria omnia: iniuriasꝗ sustinuit. Nā quomodo amare eum dicimur: si pro ipso nihil sustinere parati sumus: nihil enī nobis dignum pro eius amore irrogať: si sententie ipius memores sum⁹ qua dicit: Nō est discipulus super magistrū. Et si patrēfamilias beelzebub vocauerint: quanto magis domesticos eius: ergo ꝗ h sustinere non vult: nec discipulum se approbat esse

nec filium nec seruū: nec domesticū. H̄ ille. Cōtra hunc aūt gradū humilitatis ponit̄ nonē grad⁹ supbie q̄ ē simulata cōfessio: p quā aliq̄s nō vult subire penam ꝓ peccatis q̄ simulate confitet̄. De qua dic̄ Bern̄. de gradibus humi. inter alia. Multo periculosior est fallax ac supba cōfessio: q̄ʒ ptinax ⁊ obstinata peccatoꝝ defēsio. Nonulli em̄ cum de apertioribus arguant̄ scientes si se defenderent ꝙ sibi nō crederetur: subtili⁹ inueniunt argumentū defensiōis verba rn̄dentes dolose cōfessionis. Est q̄p pe (vt scriptū ē) qui nequiter se humiliat: ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Sequit̄. Vocē enim nō cor penitentis assumunt: q̄ notā nō culpā deleant: dū ignorantiā manifeste transgressionis decore recōpensant publice ꝯfessionis. Gloriosa res humilitas q̄ ipa quoqʒ supbia palliare se appetit ne vilescat. Sed hec cito tergiuersatio a prelato dep̄hendit̄: si ad hanc supbā humilitatē nō leuiter flectit̄: quo magis dissimulat culpā vel differat penā. Cū em̄ veracit̄ penitet laborē penitētie nō abhorret: ꝫ q̄cquid sibi ꝓ culpa quā odit iniungit̄ tacita cōscia libent̄ amplectit̄. In ipa quoqʒ obedientia duris ac ꝯtrarijs rebus aborstis: quibuslibet irrogatis iniurijs sustinēs nō lacessit: vt in quarto gradu se stare īdicet humilitatis. Cui⁹ vero simulata ꝯfessio ē vna vel leui ꝯtumelia aut exigua pena interrogat⁹: iā humilitātē simulare: iā simulationē dissimulare non pōt: murmurat: frendet: irascit̄: ⁊ in nouū supbie gradū corruisse ꝓbat̄: quāta putas tunc ꝯfusio sit in corde supbi cū fraus decipit̄: pax amittit̄: laus minuit̄: nec culpa diluitur: tandē notat̄ ab oībus: iudicat̄ ab oībus eoqʒ vehemēti⁹ oēs indignant̄: q̄ falsū cōspiciunt q̄cq̄d de eo pri⁹ opinabant̄. H̄ ille.

De ornatu naturalis ꝓductiōis ⁊ humane ꝓuisionis qualiter sit licitus scd̄m statum ⁊ conditiones: Sermo XXIIII

Non facies omnem silitudinē q̄ ē in celo desuper ⁊c. Exo. xx. Hic iā ordine debito: ꝓsequēdū ē de lasciuo ⁊ supfluo ornatu: qui potissimū cordis elationē rep̄sentat: dicēte Bern̄. in apo. Vanū cor vanitatis noticiā ingerit corpori ⁊ exterior supfluitas interioris vanitatis indiciū ē: mollia indumēta animi molliciē indicāt: nō tm̄ curaretur corpis cultus nisi pri⁹ neglecta fuisset mēs inculta ṽtutib⁹. Ad cui⁹ euidētiaʒ sciendū ꝙ dn̄s hoīem sine indumētis ꝯdidit p̄ oībus creaturis: nō vt ex hoc eleuaretur in supbiā: sed vt ex hac miseria dep̄meret̄ ⁊ rō ꝓpria sua industria in suo ingenio excitaret̄. Vn̄ dicit Hugo in didas. li. j. Qui vsum vestimentoꝝ prim⁹ aduēit ꝯsiderauit ꝙ singula queqʒ nascentiū ꝓpria q̄dam habeant munimēta quib⁹ naturā suā ab incōmodis defendūt. Cortex ambit arborē: pēna tegit volucrē: squama piscē operit: lana ouē induit: pilus iumenta ⁊ feras vestit: cōcha testitudinē excipit: ebur eleuantem iacula nō timere facit: nec tn̄ sine cā factū est: ꝙ cum singula animantiū sue nature arma habeant secum nata: solus hō inermis nascit̄ ⁊ nud⁹. Oportuit enim vt illis q̄ sibi prouidere nesciūt: natura cōsuleret: homini aūt ex hoc etiā maior experiendi occasio p̄staret̄: cū illa q̄ cetert naturaliter data sūt ꝓpria rōne sibi inueniret. Multo em̄ magis euitet nunc ratio hominis: hec eadem inueniēdo q̄ʒ habendo claruisset: nec sine cā ꝓuerbiū sonat ꝙ ingeniosa fames om̄s excudit artes. Sed vt ait Bern. sup. Missus est: q̄d de habitu dicā: in quo iam nō calor sed color req̄rit̄: magisqʒ cultui vestiū q̄ʒ virtutū insistitur.

Hic primo q̄ri pōt: vtrū licitū sit vti ornatu corporis: p̄sertim cū dicat Greg. ī ome. Si cult⁹ p̄ciosarū vestiū culpa nō eēt: neq̄ q̄ʒ sermo dei tā vigilanter exp̄meret ꝙ diues qui torquet̄ apud inferos: bisso ⁊ purpura indut⁹ fuisset. Ad hoc dicendū ꝙ duplex ē ornatus. s. naturalis ꝓductionis: ⁊ humane ꝓuisionis. Quātū igit̄ ad p̄muʒ dicit Alex. de hales in. iiij. parte sum. ꝙ se fardantes ⁊ crines adulterinos vsurpantes: adeo peccant ꝙ sacra cōmunione reddūtur indigni: Primo nāqʒ peccāt ī deū qr tales picture fiunt in cōtumeliā summi artificis ⁊ in ꝓuocationē indignationis eius. Scd̄o peccāt in ꝓximū: qr ibi ē fictio ⁊ mendaciū perniciosū: inducēs errorē ex certa scia. Tertio peccant in se qr faciunt iniuriam ꝓprie nature. Unde Cyprianus dicit ꝙ tolerabiliora ꝓpe modū in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicicia: hic natura adulterat̄: quo contra refert Valerius maximus de quodam adolescente: q̄ cū esset nimie pulchritudinis: ⁊ plurimaꝝ A

vestitus { naturalis pductionis / humane puisionis }

illustriū femīaꝝ sollicitaret oculos: ⁊ ex h viris ⁊ parentib⁹ eaꝝ suspectū se sentiret: oris decorem vulneribus cōfodit: qm̄ irritamentū aliene libidinis esse noluit. Unde cōcludit Alex. de hal. ꝙ tales siue solute siue cōiugate fuerint mortaliter peccant: licet secus sit de ornatu hūane prouisionis: ⁊ huius rō ē: q2 habitus naturalis ꝓductionis dati sunt a natura ⁊ nō ab humana ꝓuidentia: ⁊ iō quando quis illis alit̄ vtit̄ ꝙ̄ eo modo quo sunt accomodati a natura ⁊ ab opifice nature ꝯcessi: tunc adulterine fiunt vsurpatiōes q̄ nullo mō sunt licite. B De hac tamē questione plenius vide ī sermone decol. Joh. bap. Quātū vero ad secūdū ornatū sc3 humane ꝓuisionis: dicit Gasp. de calō. extra q̄ cle. vl̄ vo. in. c. q̄ consuluit. ꝙ vsus vestiū nō est ꝓhibitus ſ3 abusus vt iactantia ⁊ voluptas eaꝝ. Sic em̄ in victu nō refert: quis sc3 an sit rustic⁹ vel nobilis: ꝙ sc3 capones vl̄ carnes bouinas vel quātū comedet sc3 ſm cōuenientiā nature: dūmodo nō gulose vel ex ingluuia: vt patet. xj. di. c. quisquis: vbi sequit̄. In omnibus em̄ talibus nō vsus reru3 sed in libido in culpa est. Quicquid igit̄ locis: ꝑsonis: tēporibus ꝯueniat: diligenter attēdendū ē ne temere flagicia reprehendam⁹ fieri enim potest vt sine aliquo vitio cupidinis ⁊ voracitatis ꝑciosissimo cibo sapiēs vtat̄: insipiens aūt fetidissima gule flāma in vilissimū olus inardescat. Et. c. delitie. Sic etiā de vestibus intelligendū ē: vt pt3 xxj. q. iiij. c. j. ꝑcipue in glo. super illud omnis iactantia. Unde posset quis vti pāno grossissimo voluptuose: sicut alius pann⁹ scarletico vel serico: ⁊ per ꝯsequēs ex tali voluptati vana gloria vel cōplacentia peccaret: sicut Esau peccauit ex ferculo lenticule: gulose ⁊ ingluuiose comedendo: cum tamē potius erat cibus iumētoꝝ ꝙ̄ hominum. Hinc dicit̄. xlj. di. c. delicie quelibet si absq3 desiderio ꝑcipiant̄ nō officiunt: et viles cibi appetenter accepti: impediūt ꝑfectum abstinentie: ⁊. c. quisquis: subdit. Nam in huiusmodi rebus nō ex eaꝝ reru3 natura quibus vtimur: sed ex cā vtendi ⁊ modo appetendi: vel ꝓbandū ē vel improbandū qō facilius. Et idē intelligendū ē de vestib⁹. e. ti. c. cleric⁹. §. sicut ergo ī cibis mores eoꝝ cū quib⁹ viuim⁹ obseruare monemur: sic ⁊ in indumentis intelligendu3 est. Uerūtamē nulli viro licet portare vestes deauratas: nisi cui ab imperatore concessū ē: vt pt3. C. de vestib⁹. l. nemo. ⁊ ex̄ de vi. ⁊ hone. cle. c. clerici. in glo. Deniq3 concludit Tho. scḋa 2ᵉ. q. clxix. ꝙ in reb⁹ exterioribus quib⁹ quis vtit̄ nō ē vitiū: sed vitium ē ex pte hominis q̄ talib⁹ vtit̄ immoderate: q̄ sc3 īmoderantia pōt esse duplex. Uno modo ꝑ cōparationē ad cōsuetudinē hoīm cū quib⁹ viuit: vnde dicit Augu. in iij. ꝯfes. ꝙ ꝯtra mores hoīm sunt flagicia ꝓ morū diuersitate vitanda: ⁊ pactū inter se ciuitatis vel gentis cōsuetudine vel lege firmatū: nulla ciuis aut pegrini libidīe violet̄: turpis est enī omnis pars suo vniuerso nō ꝯgruēs: vnde sicut ornat⁹ ⁊ cult⁹ exterior variat̄ ſm diuersitatē tēporum et locoꝝ: sic etiam debet quis se ꝯformare cōsuetudini illius temporis ⁊ loci: vbi salte3 dispar cultus vel ornatus scandalū generaret. Sic dic̄ Aug⁹. iij. li. de doctrina christia. ꝙ talares ⁊ manicatas tunicas habere apud romanos veteres flagitium erat: nunc aūt honesto loco natis nō eas habere flagiciū. Alio modo pōt eē īmoderātia ex inordinato affectu vtentis: ex quo qn̄q3 contingit ꝙ nimis libidinose quis talibu ſ vtit̄: siue ſm cōmunē ꝯsuetudinē siue preter. Et ista deordinatio affectus contingit tripliciter ꝙ̄tum ad supabundantiā. Primo ſm ꝙ aliquis ex supfluo cultu vestiu3 humanā gloriā querit: ⁊ hoc vt frequēter ē causa: cur quis in ornatu vestium metas excedit cōsuetudinis bonoꝝ inter quos cōuersat̄. Hinc dicit Grego. in omel̄. Nemo quippe vestimenta ꝑciosa: sc3 excedentia ꝓpriū statum nisi ad inanem gloria3 q̄rit. Secūdo modo ſm ꝙ hō ꝑ superfluū cultū vestiū delitias querit: ⁊ nō ſm ꝙ vestis ordinatur ad corpis fomētū. Tertio modo ſm ꝙ nimiā sollicitudinē apponit ad exteriorē cultū vestiū licet nō sit aliqua deordinatio ex parte finis. Deniq3 queri potest vtrum liceat sacerdotibus vti pciosis ⁊ ornatis vestibus: ꝑsertim cū a deo positi sūt tanq̄ forma ⁊ exemplar vite spiritualis oī populo christiano ꝙ a domino vocantur sal terre ⁊ lux mundi. Ad hoc respondet Guil. de monte laudō. in clemen. j. de vi. et hone. cle. ꝙ indistincte interdicunt̄ omnibus clericis vestes nimis fulgide ⁊ nimis sordide: ſm morē clericorum ⁊ patrie inter quos viuunt. vnde. xlj. di. c. j. §. ecce. subditur. Oportet illum eē ornatum habitu videlicet ⁊ incessu: vt nec fulgidis vestibus nec sordibus se ornet. Possunt tū clerici

decentioribus vestibus vti q̄ communes
laici: ꝛ se cōformare moribus clericoꝝ in/
ter quos viuunt ne vilescat dignitas cleri
calis: nisi tamen consuetudo patrie secus
haberet. Nam anglicani clerici optimos
pannos portant: ꝛ burgundi viles: decet
tamē extremitates deuitare: quia ī medio
consistit virtus: ꝛ tutius est declinare ad
humiles vestes q̄ȝ ad fulgidas: nisi in di/
gnitatibus constituti p̄ciosas induerēt ex
causa rōnabili vt videbitur. Uerūtamen
quedam sunt ad dignitatem ordinis sacer
dotalis nō decentia que prohibent: ꝛ que
dam cōuenientia que p̄cipiuntur: vt ex̄ de
vita ꝛ hone. cle. c. clerici. vbi subdit: clau/
sa deferant desuper indumenta nimia bre
uitate vel longitudine nō notanda: pānis
rubeis aut viridibus necnō manicis ꝛ so/
tularib⁹ rostratis: frenis: sellis: pectorali/
bus: calcaribus deauratis: aut aliam sup
fluitatem gerētibus nō vtant: nec fibulas
nec corrigias auri vel argenti ornatum ha
bentes ferant: s; nec anulos nisi quib⁹ cō/
petit ex officio dignitatis. Et de vi. ꝛ ho.
cleri. qm̄ clerici. dicit q̄ clerici beneficiati
vtentes veste virgata vel ptita per sex mē/
ses a beneficijs sunt suspensi. Nō benefici
ati in sacris vel minoribus tonsurā cū tali
veste portantes per idem tempus sunt in/
abiles ad beneficiū obtinendū. Obtinens
autem dignitatem vel beneficia curata ac
sacerdos religiosus per annū eandē penā
incurrant. Punit etiā portantes epytogi
um notabiliter breue: q: vestis clericorum
debet eē talaris: designati sunt em̄ per io/
seph qui fuit a patre magis dilectus Hic
queri pōt: vtrū in dignitatibus constituti
vel etiā ministri altaris p̄ciosioribus vesti
bus q̄ ceteri seculares s̄m terre cōsuetudi
nem vti possent: presertim cum iure vt vi/
sum ē multa videntur eis in vestibus pro/
hibita: que tamen secularib⁹ sunt licita.
Ad hoc r̄ndet sanctus Tho. scd̄a scd̄e. q.
clxix. q̄ ex quo cultus exterior indiciū qd̄/
dam ē cōditiōis hūane: iō talibus licitum
ē illis vti: nō ꝓpter sui gloriam sed ad desi
gnandū excellentiā sui misterij vel cultus
diuini: ꝛ iō nō ē ī eis vitiosū cū talis fuerit
intētio ꝯcomitans: q: adinuentū ē ad īdu
cendū rudes ad reuerentiā status sp̄ualis
qui plus ꝯferunt vestib⁹ q̄ virtutibus: vt
patuit de abbate Johanni breui. Nimirū
si vsurarius ꝛ quilibet alius notorius pec
cator honorat propter diuitias ꝛ vestes:
cur nō sacerdotes potius: quos dn̄s tātis
excellentijs ꝛ nominib⁹ honorauit: vt ptȝ
xj. q. j. c. sacerdotibus: vbi dicit q̄ tantam
reuerentiā deus sacerdotib⁹ impēdit q̄ in
diuinis eloquijs eos aliquando appellat
deos: vt patet in veteri lege: applica eum
scȝ iuraturū ad deos. Et iteꝝ. Dijs nō de/
trahes. Aliquādo etiaȝ angelos appellat
ꝛ iō cum constantino principi vt ibidē sub
dit accusatiōes oblate erāt: scripto contra
ep̄os libellos accusationis accepit: ꝛ ep̄os
qui fuerant accusati cōuocans in eoꝝ con/
spectu libellos incendit dicēs: Jte ꝛ inter
vos causas vestras disponite: q: dignum
nō ē vt nos iudicemus deos. Uerūtamen
si moribus sordeant ꝛ vestibus splendeāt
vtrūq; abominabile est apud deū: q: ex h̄
iudicat in omnibus eoꝝ intentio curua: q̄
nō sinit in ornatu vestiū querere diuinam
gl̄iam sed ꝓpriā. Nihil tn̄ ad te: cui p̄cipit
nō iudicare sed obedire p̄positis: nō soluȝ
modestis s; ēt discolis. Q: si causaris d̄ vi
ta eorū ꝛ ꝓprio dispendio in collatōe sacra
mentoꝝ tibi respondet in decretis. j. q. j. c
Dictū est q̄ dn̄s ita gratiam traditā p mi/
nisteriū ordinati transfudit hominib⁹: vt
nec volūtas sacerdotis obesse aut ꝓdesse
possit: sed meritum benedictionē poscētis
sicut cayphas ꝓpter pontificiū ꝓphetauit:
Per qd̄ ostenditur sp̄ūm sanctū donatorē
gratiā nō personā sequi aut digni vel indi
gni sed ordinē traditionis: vt q̄uis aliq̄s
boni sit meriti: nō tamē possit benedicere
nisi fuerit ordinatus ad officiū: ministerij
aūt dei ē effectum tribuere benedictionis.

Similiter q̄ri potest: vtrū licitum sit reli
giosis portare preciosas vestes vel etiam
nimis viles: p̄sertim cum dicat Augu. de
sermone dn̄i in monte: Nō in solo rerū cor
poralium nitore atq; pompa: sed etiam in
ip̄is sordibus atq; luctuosis vestibus esse
posse iactantiā ꝛ eo periculosiorē: quo sub
noīe seruitutis dei decipit. Et iō dicit Am
bro. j. de offi. q̄ decor corporis adiunctus
eē debet cōmunibus vestibus: vt honesta
ti atq; necessitati nihil desit: nihil accedet
nitori. Ad qd̄ dicendū s̄m Tho. scd̄a scd̄e
q. clxix. q̄ p̄cipue cōpetit vilibus vestimē/
tis vti his qui alios verbo ꝛ exemplo ad
penitentiā hortant: sicut fuerūt ꝓphete: d̄
quibus dicit apl̄s Heb. xj. Circuierunt in
melotis in pellibus caprinis. Quoꝝ imi/
tatores debent eē omnes religiosi. Sȝ cuȝ
non possit singulis certa regula dari: ideo

cōsistere in eorum regulis et cōstitutionibus approbatis: ad q̄ obligantur debent: vide de cōstitutionib⁹. li. vj. c. j. Possunt tamē in vtroq; peccare sc3 in supabundantia et defectu. Et licet plus in abundātia peccare videant̄: tamē in defectu eius pōt eē duplex inordinatio s̄m affectū. Primo ex negligentia ex pte hominis qui non adhibet studiū vel laborem ad hoc q̄ vtat̄ exteriori cultu sicut oportet. Dicit enī phs. vij. ethicorum q̄ ad mollicie͂ pertinet q̄ aliquis trahat vestimentū per terram: vt nō laboret eleuādo. Secūdo ex eo q̄ ordinat illuz defectum ad vanam gloriā et iactantiam et ypocrisim et simulationē vt sic se ceteris p̄ferat: et sic ē vitiū superstitionis: de quo dicit Aug⁹. de doc. christia. Quisq̄s restrictius rebus vtit̄ q̄ se habeant mores eorum cum quib⁹ viuit: aut tēperās ē. s. hoc faciens ꝓpter macerationē carnis vel humiliationē spūs. sequit̄. Aut superstitiosus.

C Deniq; queri pōt: vtrū ornatus mulierū fieri pōt sine peccato: p̄sertim cū dicitur. j. Pet. iij. Quarum si mulierū non sit capillatura extrinsec⁹: aut circūdatio auri aut indumenti vestimētorum cultus. Ubi dic̄ glo. Cypriani. Serico et purpura indute christum sincere induere non possunt: auro et margaritis adornate et monilibus: ornamenta mentis et corporis perdiderūt. Ad hoc rn̄det Tho. vbi supra: q̄ circa ornamētum mulierū eadē sunt attēdenda: que supradicta sunt circa exteriorē cultū in generali. Et insuper qdā aliud speciale sc3 q̄ mulierū cultus viros ad lasciuiā ꝓuocat: et iō magna ē differentia inter coniugatas et innuptas. Nā s̄m apl'm que nupta ē cogitat q̄ sunt mundi et quō placeat viro: et ideo si ad hoc se mulier ornet vt viro placeat vel honorē ɔseruet: hoc pōt facere absq; peccato dūmodo fiat decenti mō s̄m cōsuetudinē cōmunē patrie: nō tamē vt alteri placeat. Cuius rō ē: q2 sicut quilib3 christianus conari debet iugiter vt in omnib⁹ actibus diuinā captet cōplacentiā: ita mulier legitima in oībus motibus suis conari debet ad viri sui cōplacentiā: vt ex hoc amor mutuus figuret̄: et thori fides integra seruet̄: q̄ si faceret ad alteri⁹ cōplacentiaz: peccatū illius multipliciter ꝓpter mētitam fidē augeret̄. Ille vero mulieres q̄ viros nō habēt nec habere volunt: aut sūt in statu nō habendi: nō possunt absq; graui pctō appetere placere virorū aspectibus ad cōcupiscendū: q2 hoc ē eis dare incentiuum peccandi: citius enim cōcupiscuntur innupte q̄ ɔiugate: q2 libere: et vt frequenter q̄rūt placere nō vni s̄ plurib⁹: q̄ si nolūt ɔcupiscere volūt tn̄ ɔcupisci: q2 ad h̄ se cōponūt vt amabiliores et acceptiores videāt̄: q2 nō soluz in plateis et choreis: imo etiā in eccl'ia corda virorum obnubilāt et vulnerāt dū eis nūc colore roseo: nūc familiari colloquio: nūc manuū iniectiōe: nūc vultus cōpositiōe: nūc oculorum lascina intuitione: laqueū et ruine occasionē p̄stāt. Et sic q̄dē intētiōe hac se ornēt vt ad sui cōplacentiā ꝓuocēt: mortaliter peccant. Si vō ornauerit se ex q̄dā leuitate vel vanitate ꝓpter quā dā iactantiā: nō tn̄ excedendo cōmunē cōsuetudinē patrie: tunc nō sp ē mortale. De hoc tn̄ vide pulchrā distinctionez in s̄mone de trib⁹ ptib⁹ pn̄ie: vbi agit̄ de p̄mo q̄ inuitat ad statū matrimonij. Ad illud igit̄. j. Pe. iij. dicit glo. q̄ mulieres eorū q̄ in tribulatiōe erāt cōtēnebāt viros suos: et vt alijs placerēt pulchre se ornabant qd̄ fieri ꝓhibuit ibidē apl's. In quo etiam casu loq̄tur Cyprian⁹. In ornatu nāq; tria sūt ɔsiderāda: ne. s. p excessū alijs scandalum generet: ne ex modo forma et gestu ad lasciuiā alios ꝓuocet: neq; p̄ncipalē itētōz a rectitudīe deuiet. Q2 si q̄rit̄: vtrū liceat mulieri vti veste virili. Rn̄det ibidem Tho. q̄ cult⁹ exterior d3 cōpetere ɔditiōi psone s̄m cōem ɔsuetudinē: et h̄ rōnabilit̄ q2 cōis habit⁹ vtriusq; sex⁹ maximā daret occasionē lasciuie: et iō de se vitiosū ē q̄ mulier vtat̄ veste virili vel ecōuerso: nisi ꝓpt̄ aliquā nc̄citatē aut cām rōnabilē: tūc em̄ i illo cāu q̄uis ꝓhibitū videat̄. Deu. xxij. Nō induat̄ mulier veste virili: nec vir veste muliebri: h̄ em̄ spālit̄ ꝓhibet̄ i lege: q2 gētiles tali mutatōe habit⁹ vtebāt̄ ad idolatrie superstitionem. Quō a nobis auertat iesus christus.

De vana gloria: inobedientia: cōtētiōe et iactantia: Sermo XXV

Non facies omnem n similitudinē. &c. Exod. xx. Post inuestigationē regine vitiorum q̄ ē superbia. Prosequendū est de filia ei⁹ primogenita que īmediate ab ipa orit̄ sc3 inani gloria: quā Grego. ꝑonit capitale vitium et primū inter ea. Pro quo sciēduz q̄ licet supbia et inanis gloria vident̄ esse A

vnū ⁊ idem pctm̄:qꝛ vtrobiqꝫ ē appetitus
ꝓprie excellentie:tn̄ in hoc differūt: qꝛ su/
perbus sibi magnꝰ intus apparet :sed va/
ne glīosus magnus apparere desiderat in
alioꝝ estimatione ⁊ hoc indebite:vel ex p/
te rei de qua quis gloriā querit: puta d̄ eo
qđ nō ē:vel de eo qđ nō ē gloria dignū:sic
de aliqua re fragili ⁊ caduca :vel ex parte
eius a quo quis gloriā querit:puta hoīs
cuius iudiciū non est certū. De quibus dr
Joh.xij. Dilexerūt magis gloriā hominū
ꝙ dei:vnde ꝓpter hoc nō audebāt osten/
dere se credere in christū ne extra synago/
gā fierēt sicut mlti verecūdāter christiane
viuere ne forte detrimentū patiant̄ huma
ne glorie: vel etiā ex parte ipsius qui glo
riam appetit:quia videlicet appetitū glīe
sue nō refert ad debitū finem:puta ad dei
honorē vel ꝓximi salutē:ↄtra illud Mat.
v. Uideant opa vestra bona ⁊ glorificent
patrē vestrū qui in celis est. Et qꝛ qđ quis
magis colit ⁊ amat hoc illi deꝰ est:iō vani
glīosus in oībus q̄rens glīam suaꝫ nō dei
ꝓprie peccat ↄ̄ primū p̄ceptū quo precipi/
mur nō hr̄e deos alienos nec colere omnē
silitudinem. Hic queri pōt:vtrū appeti/
tus vane glorie vel inanis glīe sit peccatū
mortale:p̄sertim cū quicunqꝫ sibi surripit
qđ ē dei ꝓprium: mortaliter peccat: sed p
appetitū inanis glīe quis sibi attribuit qđ
ē ꝓpriū dei:qui dicit Esa.xlij. Gloriā meā
alteri non dabo.⁊ Paulus.j.ad Timo.j.
Regi seculoꝝ īmortali ⁊c. Ad hoc respon
det cōpendiū the.li.iij.c.xxij. ꝙ vana glīa
ex genere suo ē veniale:qꝛ genus opis su/
mit̄ ex obiecto. Uanū aūt ſm se nō est ob/
iectū mortalis peccati ſ venial': cū ḡ laus
vana sit obiectū huiꝰ pctī:pꝫ ꝙ nō sp ē mor
tale. Erit tn̄ vana glīa mortale dupliciter.
Prīo rōne finis ꝓpter quē laus appetit̄
⁊ tūc opus ↄ̄ṫtū ad eiꝰ formale tale manet
q̄le ē illud ꝓpter qđ appetit̄. Pro q̄ scien/
dū ꝙ duplici fine laus appetit̄. Prīo ad
vitandū malū infamie: ⁊ hoc ē ꝓuidētie:
sicut Samuel se laudauit corā filijs isrl'.j.
Regū.xij.iuxͣ illud Eccl'.xlj. Curā habeto
de bono noīe. Scđo ꝓpt̄ vtilitatē aliquā
spūalē vt ē glīa dei vel edificatio ꝓximi:
qđ ē charitatis:sicut Paulus se cōmēda/
uit.ij.Coꝝ.xij.⁊ alios istruxit ad Ro.viij.
Prouidentes bona nō solū corā deo ſ eti
am corā hoībus. Licet eīn ad pfectionem
hoīs nō ptinet ꝙ ab alijs cognoscat̄: ⁊ iō
p se nō ē appetendū:appeti tn̄ pōt inq̄ntuꝫ
ē vtile:ad hoc ꝙ dn̄s ab hoībꝰ glīficet̄:vl'
ad h̄ vt hoīes ex bono ꝓficiant qđ in alio
cognoscūt:vl' ad h̄ ꝙ ipe hō ex bonis que
cognoscit p testimoniū laudis aliene stu/
deat in eis pseuerare ⁊ ad meliora ꝓficere
⁊ ſm h̄ ſm Tho. Laudabile ē ꝙ curam ali
q̄s adhibeat de bono noīe:⁊ ꝙ bona ꝓui
deat corā hoībus:nō tn̄ ꝙ in hoīm laude
delectet̄ inaniter. Tertio appetit̄ laus ꝓ/
pter lucrū auaricie:sicut pharisei q̄ deuo/
rabāt domos viduaꝝ simulātes lōgā ora/
tionē:vt dr Matth.xxiiij.⁊ hoc ē mortale
pctm̄. Et idē intelligendū ē qn̄cūqꝫ morta/
le pctm̄ ponit̄ finis alicuiꝰ opis. Quarto
appetit̄ laus ꝓpter aliqueꝫ actū venialis
pctī:sicut qn̄ quis laudari vult eo ꝙ veni/
aliter in laude delectet̄:⁊ hoc ē pctm̄ veni
ale ⁊ sepius inuenit̄ in seruis christi. Unđ
Chryſ.sup Mat.dicit:ꝙ cū cetera vitia lo
cū habeant ī seruis diaboli:inanis glīa lo
cū hꝫ etiā in seruis christi. Nā si ſm Au/
gu.cuiqꝫ facile ē laudē nō cape dū negat̄:
difficile tn̄ ē ea nō delectari cū offert̄: vnđ
significat̄ p puluerē:de q̄ Mat.x.dr aplīs
Excutite puluerē de pedibꝰ vr̄is. Dic eni
Greg.ꝙ p̄dicatio vix sine aliq̄ mixtiōe pul
ueris transit:p̄dicās eīn aut ad indignati
unē trahit̄ si cōtemnit̄:aut aliquā inanem
gloriā acq̄rit si ab auditoribus honorat̄.
Scđa vana glīa mortale erit pctm̄ rōe ope
ris p qđ vel in q̄ laus glīe q̄rit̄ :⁊ hoc tri/
pliciter. Nā qn̄qꝫ laus q̄rit̄ p opa illicita:
⁊ tunc tale ē peccatū quale ē illud opꝰ illi/
citū.s.mortale vel veniale. Et idē ē intelli/
gendū qn̄ sic finē ponit in vana glīa :ꝙ ꝓ
ea ↄsequēda nō p̄termitteret facere etiam
q̄ sunt ↄtra deū:tūc eīn est mortale. Aliqn̄
vero laus q̄rit̄ p opa ex se indifferentia: ⁊
sic ē pcm̄ veniale:nisi talis finis poneret̄
in laude:sicut iā supra dictū est:sicut ē hr̄e
diuitias:vestes p̄ciosas cū abusu taliū in
laudē venialē. Uerūtn̄ si talia de se ordina
ta sunt vt sint occasio mortalis pctī: ſm ꝙ
mulier ornatu meretricio p̄parat̄ ad capiē
das aīas:vel si factū illud sit illicitū ex ꝓ/
hibitiōe supioris:vt torneamēta cū excede
rent p̄ceptū eccl'ie:sic sunt pctā mortalia.
Qn̄qꝫ etiā q̄ritur laus p opa virtutuꝫ ⁊ h̄
ↄtingit dupliciter:qꝛ vel appetitꝰ laudis ad
iungit̄ opi ṽtutū tanqꝫ incidēs :sic ↄtin/
git in cantu vel p̄dicatiōe ⁊ tūc ē veniale:
vel laus ē finis p̄ncipalit̄ intētus opantis
vel opate virtutis:ita ꝙ cōstituat ibi finē
vltimū ⁊ sic ē mortale pctm̄: qꝛ tūc inheret

et tā q̄ꝫ vltimo fini. Et nota ꝙ maius pctm̄ ē gloriari de bono spūali q̄ꝫ de bono tpali eo ꝙ minus appareat ext̄ q̄ꝫ tpale: vn̄ tā detestabile vitiū est ꝙ opus virtuosū amittit vim merēdi vitaꝫ eternam si ꝓpter inanem gloriā fiat etiaꝫ si illa inanis gloria non sit mortale pctm̄: vt dicit sanctꝰ Tho. scḋa 2ᵉ. q. cxxxij. Et h̄ innuit dn̄s Matth. vj. dicēs. Attēdite ne iusticiā vr̄am faciatis coram hoīb' vt videamini ab eis: alioq̄n mercedē nō habebitis apud deū q̄ ī celis est.

B Ad maiorē aūt euidentiaꝫ huius q̄ri pōt quot sunt filie vane glorie cū sit vitium capitale. Ad hoc dicendū: ꝙ Greg. xxxj. moral. ponit septē filias vane glorie: q̄ sunt inobediētia: ꝯtentio: iactantia: hypocrisis: ꝑtinacia ꝓprie sentētie discordia volūtatis ab alijs: ⁊ nouitatū p̄sumptio. Quaꝝ sufficientiā Tho. scḋa 2ᵉ. q. cxxxij sic declarat dicēs: ꝙ illa vitia q̄ de se nata sunt ordinari ad finē alicuius vitij capitalis dicunt̄ filie illiꝰ vitij capitalis. Finis aūt inanis glorie ē manifestatio ꝓprie excellētie. Et ad hoc hō pōt tendere dupliciter. Uno modo ꝑ verba directe: ⁊ sic est iactantia vel ꝑ facta: q̄ si sunt vera habētia aliquā admirationē ē p̄sūptio nouitatum q̄s hoīes magis solent admirari. Si vero ꝑ facta ficta: sic ē hypocrisis. Alio modo nititur aliq̄s manifestare suā excellentiaꝫ indirecte ostēdēdo se nō esse minorē alio: ⁊ hoc q̄drupliciter. Primo q̄tū ad ītellectum: ⁊ sic ē ꝑtinacia: ꝑ quā hō nimis innititur sue sentētie: nolēs cedere sentētie meliori. Secūdo modo q̄tum ad volūtatē: ⁊ sic ē discordia: dū non vult a ꝓpria voluntate discedere vt alijs ꝯcordet. Tertio modo q̄tum ad locutionē: ⁊ sic ē ꝯtētio: dum aliq̄s clamorose v̄bis ꝯtra aliū litigat. Quarto mō q̄tū ad factū: ⁊ sic ē inobediētia: dū q̄s non vult exequi supioris preceptū. Ad singulas igit̄ filias pessimas detestabilis matris discutiēdas: primo q̄ri pōt de inobedientia q̄ est prima filia inanis glīe: vtꝝ sit grauissimū peccatū p̄sertim cū dicit̄. j. Reg. xv. Quasi pctm̄ ariolandi ē repugnare: ⁊ quasi scelꝰ idolatrie nolle acquiescere: sed idolatria ē grauissimū pctm̄ vt dictū est. Ad hoc rn̄det Astē. li. ij. ꝙ grauiꝰ est pctm̄ ꝯtemnere p̄cipiētē ꝙ p̄ceptū: ⁊ ideo grauiora sunt q̄ sūt ꝯtra ꝑsonā p̄cipientis vt blasphemia ⁊ homicidiū ꝙ iobediētia. Et illa dictio q̄si ī auctoritate allegata: nō ē nota eq̄litat̄ sed similitudinis: q̄ inobediētia redūdat ī ꝯtemptu dei: sicut idolatria: ꝫ idolatria mag̃. Un̄ s̄m q̄sdā inobedientia exhibita p̄lato nō est s̄m se pctm̄ mortale: nisi sit ꝯ̄ p̄ceptū obligatoriū: multa nāq̄ꝫ p̄ter p̄ceptuꝫ fiūt que tn̄ nō sūt ꝯ̄ p̄ceptū: nā ipe p̄latus ideo mandatū tempat: q̄ nō vult subditū ꝓ q̄libet leui causa exponere discrimini peccati mortalis. Et dixi notanter s̄m se: q̄ ex animo nō obediētis simplici mādato posset fieri pctm̄ mortale si faceret cū tali contēptu autoritatis p̄lati: ꝙ intēderet ei non obedire etiā si p̄cipet ei qḋ simpliciť mandat: ꝫ q̄ de hoc in p̄cepto de honore parētū fiet mentio. Hic causa breuitatis supsedeo.

Scḋo q̄ri pōt de secūda filia que est ꝯtentio vtrū scꝫ est pctm̄ mortale: p̄sertim cum legit̄ facta ꝯtentio īter discipulos iesu Luc. xxij: Quis eoꝝ videret̄ eē maior: nec p̄sumit̄ ꝙ discipuli tunc peccauerunt mortaliť. Ad hoc rn̄det sanctꝰ Tho. scḋa 2ᵉ. q. xxxviij. ꝙ ꝯtēdere ē ꝯtra aliquē tendere in locutiōe. Cōtrarietas ḡ locutiōis pōt attēdi dupliciť. Uno modo q̄ ad intētionē ꝯtēdentis: vtꝝ scꝫ aliq̄s cōtrariatur veritati qḋ est vitupabile vel falsitati qḋ est laudabile. Alio mō q̄tū ad modū vtꝝ scꝫ talis modꝰ ꝯtrariandi ꝯueniat ꝑsonis ⁊ negocijs: q̄ tunc ē laudabile. Sic igitur ꝯcludendū ē: ꝙ si ꝯtentio dicat̄ impugnatio falsitatis cū debito mō acrimonie: sic ē laudabilis. Si aūt accipiat̄ contentio s̄m ꝙ importat impugnationē falsitatis cū inordinato modo: tūc pōt eē veniale: nisi forte tanta fiat inordinatio in ꝯtendendo ꝙ ex hoc generet̄ scandalū aliorū. Unde. ij. Timo. ij. dicit apl's. Noli verbis contendere: ad nihil enī vtile ē nisi ad subuersionem audientiū. Un̄ discipuli in sua ꝯtentione non excusant̄ a veniali: q̄ licꝫ nō ꝯtēdebant cum intentiōe impugnandi veritatem: eo ꝙ vnusquisq̄ꝫ defendebat qḋ sibi veꝝ videbat̄: erat tn̄ in eoꝝ cōtentione inordinatio: q̄ cōtendebant de quo nō erat ꝯtendendū scꝫ de primatu honoris: nōdū enī spūales erāt vt dicit ibideꝫ glo. ⁊ ideo dn̄s cōpescuit eos. Si deniq̄ꝫ accipiat̄ cōtētio s̄m ꝙ importat impugnationē veritatis ⁊ inordinatū modū: sic ē mortale peccatū et sic diffinit̄ ab Amb. Cōtentio est impugnatio veritatis cū ꝯfidētia clamoris. Et sic ē filia vane glīe ex q̄ mouet̄ ad defēdendū v̄bis ꝑtē ⁊ opinionē suā: vnde s̄m cōpletā rōnem ꝯtentiōis ꝑut est peccatū

mortale: ille ꝯtēdit ī iudicio: q̄ iusticie ꝟi tatē impugnat: ⁊ ille ꝯtēdit in disputatiōe q̄ ītēdit īpugnare veritatē doctrine: volēs vincere cū clamore cū non pōt rōne. Et venit ex appetitu vane glīe ⁊ supbie p̄sumēs de se magna ⁊ de alijs parua ⁊ loqui de factis suis: de sciā: de potētia: de bonitate: de sanctitate: ⁊ sic de alijs p̄ponere. Et venit ex arrogātia. Tāta ē etiā labes huius vitij ꝙ talis ꝓhibet̃ ordinari: vn̄. xlvj. di. §. j. dicit̃. Ecce q̄liter litigiosi ꝓhibent̃ in ep̄os ordinari: qꝛ scꝫ cum austeritate imperant. Sequit̃. Est et alia hmōi ꝓhibitiōis causa: litigiosi nāqꝫ vel adulatiōe aīos p̄ncipū sibi ꝯciliant: vel supioribus suis detrahēdo infamie notā ingerūt vel int̃ fratres discordiā seminando seditiōes facere nō cessant: q̄ oīa in p̄latis dānabilia eē ꝓbant̃.

C Deniqꝫ q̄ri pōt de tertia filia vane glorie q̄ dicit̃ iactātia q̄d sit ꝭm diffinitionem. Ad hoc rn̄det Astē. li. ij. ti. xxviij. ꝙ iactantia ē ostentatio ꝓprie laudis cuꝫ veritas nō subsistit. Et ideo phus in. ij. ⁊. iiij ethico. eā opponit veritati. Et dicit̃ a nomine arrogātia cū q̄s attribuit sibi quod nō habet. Qn̄qꝫ tn̄ extēso noīe dicit̃ ostentatio vana ꝓprie laudis etiā cū ꝟitas subest vt dicit Grego. ꝭm illud. j. Corī. iiij. Si accepisti: q̄d gloriaris q̄si nō accepis. Tn̄ ⁊ hic pōt dici iactantia de eo q̄ nō est: licꝫ enī habeat bonū a se nō tn̄ habet quod habet ⁊ tn̄ iactat se q̄si haberet a se: vnde dic̄ Tho. scd̄a 2e. q. cxij. ꝙ iactantia ꝓprie videt̃ importare ꝙ hō ꝟbis se extollat: illa enī q̄ hō vult longe iactare in altū eleuat: tūc aūt ꝓp̄e q̄s se ex tollit: qn̄ ꝺ se alīq̄d supra se dicit. Q̄ q̄dem ꝯtingit dupliciter. Nā aliqn̄ q̄s loquit̃ de se nō q̄dē supra id q̄ est ī se ꝫ supra id quod hoīes opinātur de eo. Quod aplus refugiēs dic̄. ij. Corī. xij. Parco āt ne q̄s me existmet sup id q̄ videt in me aut audit aliquid ex me. Alio modo p verba se q̄s extollit loquens de se supra id quod ī se ē ꝭm rei ꝟitatē. Et quia magī ē aliquid iudicādus ꝭm ꝙ ī se est: q̄ꝫ quod ē ī opinione alioꝶ: inde ē ꝙ magī ꝓprie dicit̃ iactantia qn̄ q̄s se effert supra id quod in ip̄o ē q̄ꝫ quod ē in opinione alioꝶ lꝫ vtroqꝫ mō iactantia dici possit. Queri pōt igit̃: vtꝶ iactantia sit pctm̄ mortale: p̄sertim cū sit mēdaciū q̄ddā nō āt mēdaciū officiosū vel iocosū vt ptꝫ ex fine mēdacij: qꝛ dic̄ phus. iiij. ethic. ꝙ iactator fingit de se maiora existētibus: quā doqꝫ nulliꝰ gratia qn̄qꝫ grā honoris vel glorie: qn̄qꝫ grā argenti: ⁊ sic ptꝫ q̄ꝫ nec est mēdaciū iocosū nec officiosū: relinquit̃ ꝫ ꝙ sit mendaciuꝫ pniciosum. Ad h̄ rn̄det sanctꝰ Tho. vbi s̄. ꝙ mortale peccatū est quod ꝯtrariat̃ charitati. Jactātia ergo cōsiderari pōt dupliciter. Uno mō ꝭm se ꝓut ē quoddā mēdaciū: et sic qn̄qꝫ ē mortale: qn̄ scꝫ quis de se iactanter ꝓfert quod ē ꝯ gloriaꝫ dei: sicut ex psona regis cui d̄r Ezechiel. xxviij. Eleuatū ē cor tuū ⁊ dixisti deus ego sū. Uel ꝯ charitatē ꝓximi scꝫ cuꝫ q̄s iactādo seip̄m ꝓrumpit in cōtumelias alioꝶ vt habetur Luc̄. xviij. de phariseo: q̄ dicebat. Non sū sicut ceteri hoīm ⁊c̄. Qn̄qꝫ vero est pctm̄ veniale: qn̄ scꝫ quis de se talia iactat: q̄ neqꝫ sunt ꝯ deū neqꝫ ꝯ ꝓximū: tunc enī nō ē mendaciū pniciosū: ꝫ vel reducit̃ ad mendaciū iocosū: qn̄ scꝫ alīq̄s se iactat q̄si ex h̄ ip̄o delectatꝰ: hoc ē enī quoddā vanū: nisi forte talē delectationē diuine dilectiōi preferret: vt ꝓpter h̄ dei p̄cepta cōtemneret: sic enī eēt ꝯ charitatē dei: in quo solo mēs nr̄a debet quiescere sicut ī vltimo fine. Ul̄ reducit̃ ad mēdaciū officiosū cuꝫ se iactat ad hoc vt lucrum vel gloriā acquirat: dūmodo fiat sine dāno alioꝶ. Alio modo p̄t iactātia cōsiderari ꝭm suā causam scꝫ supbiam vel appetitū lucri vel vane glorie: ⁊ sic ꝓcedit ex supbia vel vana gloria: que si sit mortale pctm̄ erit ⁊ ip̄a iactantia mortale peccatuꝫ. Si vero ꝓcedit ex appetitu lucri ad deceptionē ⁊ dānū ꝓximi: quod multipliciter cōtingit in mercatoribꝰ: tūc etiam est mortale peccatū. Dicit enī phus iiij. ethic̄: ꝙ turpior est q̄ se iactat causa lucri q̄ꝫ q̄ se iactat causa glīe ⁊ honoris. ¶ Si q̄rit̃: an pfectoꝶ sit vitare iactantiā siue ostētationē. Ad h̄ rn̄det Alex. angli. ꝙ lꝫ omnes declinare pn̄t opis ostētationem p sermonē qn̄ tm̄ ē ostētatio opis p sermonē nō tn̄ est quorūlibet ꝫ pfectoꝶ vitare vane glīe motum: qn̄ fuerit ab alijs ingesta laudatio: vnde Greg. dicit ꝙ valde pfectoꝶ ē ostēso ope glīam actiōis nō q̄rere: vt de illata laude nesciāt p̄uata exultatione gaudere: ⁊ ideo opa studio occultēt̃ necessitate publicent̃: ⁊ eoꝶ occultatio sit custodia ꝓpria: ⁊ eoruꝫ publicatio vtilitas aliena. Ad laudem dei.

De ironia: hypocrisi: ptinacia: discordia et p̄sumptiōe nouitatū: Sermo XXVI

On facies omnem n similitudinẽ ⁊c. Exo. xx. Cum in fine ſmonis p̄cedẽtis dictũ ſit ꝺ vitio iactãtie: q̄ ſcʒ q̄s attribuit ſibi qꝺ nõ habʒ. Hui⁹ occaſiõe q̄ri p̄t ꝺ ironia ꝑ quã q̄s de ſe fingit vel dicit minora q̄ ſit in veritate: vtꝝ ſcʒ ſit pctm̄: p̄ſertim cum dicat Greg. in ep̄la ad Aug. angloꝝ ep̄m: q bonaꝝ mentiũ eſt ibi ſuas culpas agnoſcere vbi culpa nõ ẽ. Ad h̄ dicẽdum q ſic: q2 oẽ mẽdaciũ ẽ pctm̄: vñ. xxij. q. v. dicit Amb. c. Cauete frẽs mẽdacium: q2 oẽs q̄ amant mendaciũ filij diaboli ſũt: nõ ſolũ ĩ falſis ꝟbis: ſ etiã in ſimulatis opib⁹ mẽdacium eſt: mẽdaciũ nãq3 eſt chriſtianũ ſe dicere ⁊ opa chriſti nõ facere: mẽdaciũ ẽ ep̄m ſacerdotẽ vel clericũ ſe ꝓfiteri: ⁊ huic ordini cõtraria opari. Nimiꝝ cũ dicat ap̄ls. Cõfitẽtur ſe noſſe deũ: factis aũt negãt. Et Aug. de verbis ap̄li qꝺ habet. xxij. q. ij. c. Cum humilitatꝭ cauſa mẽtiris: ſi nõ eras pctõr añq3 mẽtierꝭ mẽtiẽdo efficierꝭ qꝺ euitaras veritas ĩ te nõ eſt niſi ita te dixeris peccatorẽ vt etiã eſſe cognoſcas. Seq̄tur. Nam quõ ẽ humilitas vbi regnat falſitas. Quõ igit̃ ſaluat̃ verbũ Greg. qꝺ ponit̃. v. di. c. ad eius: vt q̄s cognoſcat culpã vbi culpa nõ eſt. Dicẽdũ ſm glo. ſup illud: cũ humilitatis cauſa mẽtiris: q põt ĩ genere q̄s ſe dicere peccatorem: q2 nemo ſine crimĩe viuit: ⁊ recognoſcẽdo in ſe culpã eſſe nõ peccat: dũmodo credat hoc eẽ veꝝ: vt pʒ. ij. q. vij. c. q̄q̄. in glo. Sed ſp̄aliter dicendo aliqꝺ pctm̄ de ſe cui⁹ ꝯtrariũ eſt veꝝ: mortaliter peccat. Sed obijcit̃ de ſacerdote celebrãte q̄ oĩa crimina de ſe ſp̄aliter ꝯfitet̃ in p̄ncipio miſſe. Sed dic q id facit: in ꝑſona eccl'ie: nullũ enĩ vitiũ eſt qꝺ nõ reꝑiat̃ in aliquo membro eccl'ie. Uel dic vt dicit Aug. q ĩ vno pctõ multa poſſunt notari. Cũ enĩ q̄s peccat mortaliter: cõmittit homicidiũ occidendo aĩam ſuã: cõmittit furtum quia ſe ſubtrahit deo: cõmittit adulteriũ q2 recedit a deo ⁊ fornicat̃ cũ diabolo: cõmittit piuriũ q2 fidẽ ꝓmiſſam in baptiſmo nõ ſuat: qꝺ dic ⁊ in oĩbus vitijs in q̄b⁹ homo miſer peccare põt: hec ibi ĩ glo.

Ad maiorẽ tñ euidentiã hui⁹ vitij quod eſt ironia ſciẽdũ ſm Tho. ſcða. 2e. q. cxiij. q hoc q aliqui de ſe minora dicãt ꝯtingere põt dupliciter. Uno mõ ſalua veritate: dum ſcʒ maiora q̄ ſũt in ip̄is reticẽt: q̄dam vero minora detegũt ⁊ de ſe ꝓferũt: q̄ tñ ĩ ſe eſſe recognoſcũt: ⁊ ſic minora de ſe dicere non ꝑtinet ad ironiã nec eſt peccatũ ſm genus ſuũ: niſi ꝑ alicuius circũſtantie corruptionẽ. Alio modo dicit minora quis a veritate declinãs: puta cũ aſſerit de ſe aliquid vile quod in ſe non recognoſcit: aut cũ de ſe negat aliq̄d magnum qꝺ tñ percipit eſſe ĩ ſeip̄o: ⁊ ſic ꝑtinet ad ironiã ⁊ ſemper eſt peccatũ. Iactantia tñ grauius eſt: q2 ironia ⁊ iactantia circa idem mentiunt̃ verbis vel q̄buſcunq3 exterioribus ſignis ſcʒ circa ꝯditionem ꝑſone ⁊ q̄tum ad hoc ſunt equalia: ſ vt in plurimũ iactãtia ꝓcedit ex motiuo turpiori ſcʒ ex appetitu lucri vl' honoris: ironia vero ex hoc q fugit licʒ inordinate per elationeʒ alijs grauis eſſe. Et ſm hoc ph̄us dicit: q iactãtia grauius eſt peccatũ q̄3 ironia. Cõtingit tamẽ qñq3 q aliquis minora de ſe fingit ex aliq̄ alio motiuo ſcʒ ad dolo ſe decipiendum: ⁊ tunc ironia grauior ẽ: vnde Ecci. xix. Eſt qui nequiter ſe humiliat et interiora eius plena ſunt dolo. Deniq3 aliquãdo in vno facto q̄dam incurrũt vitiũ ironie ⁊ iactantie ſimul: cum ſcʒ per aliquã corporalẽ abiectionem oſtẽtare intendũt aliquã excellentiaʒ ſp̄ualem: de q̄bus ait dñs Matth. vj. Qui exterminant facies ſuas vt appareant hominib⁹ ieiunãtes: abijtiunt enĩ ⁊ deſpiciũt ſe in cibo: potu: veſtib⁹: ⁊ ſimilibus corporaliter: vt laudentur et eleuent̃ ſpiritualiter: et illi grauius peccãt. His viſis ꝓcedendum eſt de quarta filia vane glorie que dicitur hypocriſis: de cuius deteſtabilitate dicit Augu. ⁊ habetur. xij. q. j. c. certe. Ego ſum qui ſtatueram nullum ordinare clericum: niſi qui mecum vellet manere: aut ſi vellet a ꝓpoſito diſcedere recte illi tollerem clericatũ. Ecce in cõſpectu dei ⁊ veſtro muto conſiliuʒ qui velint habere aliquid ꝓprium quibus non ſufficit deus nec eccl'ia eius maneãt vbi volũt ⁊ vbi poſſunt non eis auferã clericatum: nolo habere hypocritas: malum eſſe quis neſciat: malum eſt cadere a ꝓpoſito ſ pei⁹ eſt ſimulare ꝓpoſitum. Et poſt pauca. Si foris non ſeruat ſanctitatẽ dimidius cecidit. Si intus habuit ſimulationem totus cecidit. Glo. Peius enĩ ẽ per hypocriſim peccare q̄ manifeſte: vt patet extra de heret̃. c. cum ex iniuncto. Sicut plus ẽ veneno occidere q̄3 gladio. C. de malefic̃. l. j.

B Ad maiorem tamen euidentiã ſciendũ: q ſm Iſiꝺ. ĩ li. ethymol'. hypocrita greco

ſtinādo ꝓficere: ⁊ ꝓficiēdo feſtiare: ⁊ hāc ſibi humilitatē ſuare vt ſemꝑ ꝓficiat: ⁊ tñ nec ꝑfectiōis initia ſe habere credat. Sed obijci pōt ꝙ hūilitas tm̄ videt̃ eē īꝑfectoꝝ ⁊ nō ꝑfctōꝝ: qꝛ deo q̄ ꝑfectꝰ ē nō ꝯuēit hūiliari: vtpote q̄ nlli ſubijci pōt. Ad hoc rn̄det Tho. vbi. s. ꝙ aliq̄d dicit̃ eē ꝑfectū dupliciẗ. Uno modo ſimpliciẗ in quo ſcʒ nullus defectꝰ īuenit̃: nec ſm naturā nec ꝑ reſpectū ad aliq̄d aliud: ⁊ ſic ſolus deꝰ eſt ꝑfectus: cui ſm naturā diuinā nō cōpetit humilitas ſ ſolū ſm naturā aſſumptā. Alio modo pōt dici aliq̄d ꝑfectū ſm quid: puta ſm naturā ſuā vl̓ ſcd̓m ſtatū vl̓ tp̄s: ⁊ hoc modo homo virtuoſus eſt ꝑfectus: cuiꝰ tñ ꝑfectio in cōparatiōe ad deū deficiēs inuenit̃ ſcd̓m illud Eſa. xl. Omnes gētes quaſi nō ſint: ſic ſunt corā eo. Et iteꝝ. lxiiij. Facti ſumus vt īmundi oēs nos quaſi pānus mēſtruate oēs iuſticie nr̄e. Et ſic reſpectu diuīe ꝑfectiōis oīs homo q̄ztūcūq̄ ꝑfectus imꝑfectꝰ iudicat̃. Hinc abraam ꝓpriā īperfectiōeʒ ꝯſiderās ait: Gen̄. xviij. Loq̄r ad deū meū cuʒ ſim puluis ⁊ cinis. De q̄ humilitate dic̄ Aug. Humilitas ē ex intuitu ꝓprie ꝯditiōis ⁊ ſui cōditoris voluntaria mentis inclinatio. Qualiẗ etiā bona q̄ agimꝰ cognoſcere ⁊ neſcire debemus oſtēdit Grego. in moꝛ. dicēs: Plerūq̄ eīm ſi ſcimus bona q̄ agimꝰ ad elationem ducimur: nā ſi neſcimꝰ minime ſeruamꝰ. Quis eīm audita virtutis ꝯſciētia nō q̄ztulūcūq̄ ſuꝑbiat: aut q̄s rurſus bonū in ſe cuſtodiat qd̓ ignorat. Sed ꝯtra vtraq̄ q̄d ſuꝑē ꝛeſſi vt recta q̄ agimꝰ ſciēdo neſciamꝰ: vt h̓ ⁊ recta eſtimemꝰ ⁊ minima: q̄tenus ad cuſtodiā ſui ſic ſentiat animꝰ ꝯſcientiā rectitudinis: vt in tumoꝛe nō eleuet humilitas eſtimatiōis: ⁊ q̄zuis hūilia de ſe ſentiat animus iuſtoꝝ: ea tñ q̄ agūt quō ſint recta cōſpiciūt: ſed de eoꝝ rectitudine nō ꝑſumūt. Ille etiā deo verā exhibet oꝛōnē: q̄ ſeip̄m qꝛ puluis ſit humiliẗ videt: q̄ nil virtutis ſibi tribuit: q̄ bona q̄ agit de miſericoꝛdia ꝯditoris cognoſcit. hec ille. Sic igit̃ q̄ztūcūq̄ ꝑfectus ꝑ humilitatē ſe deo ſubijcere debet ꝯſiderādo diuinā excellētiā ⁊ ꝓpriā inſufficientiā: ex q̄bꝰ ſeq̄nt̃ alia duo ſcʒ reuerētia ad deū: ⁊ ꝯfidētia ad maioꝛa nō v̓tute ꝓpria: qꝛ talis ꝯfidētia ē hūilitati ꝯtraria ſic̄ ꝑſumptio: ſ cōfidētia diuini auxilij ī maioꝛa. iuxta illō apl̄i. Oīa poſſū ī eo q̄ me ꝯfoꝛtat deꝰ. Unde Augꝰ. ī li. de peni. ſic ait: Aliud eſt ꝓijcere ſe ante deū: ⁊ aliud erigere ſe ꝯtra deū: Qui aūt deū ſe ꝓijcit ab illo erigit̃ ⁊ exaltat̃: q̄ aduerſus deū ſe erigit ab illo ꝓijcit̃. hec ille. Dic̄ etiam Caſſi. ſuꝑ pſ̄. Magna ꝯtra diabolū arma ſunt in ſuis viribꝰ fiduciā nō habere: ſed deū rogare q̄ poſſit aduerſariū opprimere. hec ille. Cōtra hunc aūt humilitatis gradū eſt octauus ſuꝑbie gradꝰ q̄ eſt pctōꝝ defenſio: a quo gradu ſe dauid ꝑſeruari petijt dicēs: Non declines coꝛ meum in verba malitie ad excuſa. ex. in pec. cū hōibus operā iniq̄ ⁊c̄. Nimiꝝ cū hmōi peccatū in ſpūmſctm̄ qd̓ dicit̃ īpugnatio veritatis agnite attigiſſe videat̃ agnitā veritatē īpugnās: īmo agnitā malitiā defendēs vt liberius peccet. Or ſi rn̄des ignoꝛātie tenebris obfuſcatū nō ſciēter ſed ignoꝛanter ſubterfugere ad tales excuſatiōes in peccatis: ac ꝑ hoc corā deo magis excuſabilē foꝛe. Audi ſuꝑ hoc ꝯſiliū Ber. de gradibꝰ humilitatis: hypocrita inq̄t eijce trabē de oculo tuo vt videas: trabes in oculo grādis ⁊ groſſa in mente eſt ſuꝑbia: q̄ quadaʒ ſui coꝛpulētia vana nō ſana: tumida nō ſolida mentis oculū obſcurat: v̓itatē obūbrat: ita vt ſi tuā occupauerit mentē: iā te talē qualis es vl̓ q̄lis eſſe potes nō poſſis ſentire: ſed qualē te ames talē te putes eſſe vel ſperes foꝛe: amoꝛ enī ſicut nec odiuʒ veritatis iudiciū neſcit. Hinc legibꝰ hūanis ſtatutū eſt: ſpeciales amicos cauſantium nō debere admitti ad iudiciū: q̄ vl̓ fallunt vel fallunt̃ amoꝛe ſuoꝝ: ꝙ ſi culpam amici tuo iudicio amoꝛ illiꝰ aut minuit aut ꝓrſus abſcōdit: q̄zto magis amoꝛ tui: tuuʒ ꝯtra te iudicium fallit. hec ille inter alia.

Quinto queri pōt: vtrum obedientia sit
maxima virtutū: p̄sertim cū dicit͛ .j. Regū
xv. Sauli melior est obedientia q̄ȝ victime:
sed oblatio victimarū ꝑtinet ad religionē
que est potissima inter omnes virtutes mo
rales. Ad hoc rñdet doctor sanct᷒ scd̄a 2°.
q. c. iiij. ꝙ sicut peccatū in hoc cōsistit ꝙ hō
cōtempto deo cōmutabilibus bonis inhe/
ret: sic meritū virtuosi actus cōsistit econ/
trario in hoc ꝙ homo cōtēptis bonis crea
tis deo inheret: finis autē potior est his q̄
sunt ad finē. Si ergo bona creata ꝓpter d
ꝯtemnunt͛ vt deo inhereat͛: maior est laus
virtutis ex hoc ꝙ deo inheret q̄ȝ ex hoc ꝙ
bona creata cōtemnit: ⁊ ideo virtutes ille
quib᷒ deo ſm se inheret͛ .s. theologice: sūt
potiores virtutib᷒ moralibus quib᷒ aliqḋ
terrenū contemnit͛ vt deo inhereat͛. Inter
virtutes aūt morales tanto aliqua potior
est: quāto magis aliquid cōtemnit vt deo
inhereat͛. Sunt ꝗ tria genera bonoꝝ hu/
manoꝝ que potest homo cōtemnere ꝓpter
deū: quoꝝ infimū sunt exteriora bona: me/
diū sunt bona corporis: ⁊ sup̄mū anime bo/
na: inter que quodāmodo p̄cipua est vo/
lūtas inquātū .s. ꝑ volūtatē homo omnib᷒
alijs bonis vtit͛: ⁊ ideo ꝑ se loquendo lau/
dabilior est obedientie virtus: que ꝓpter
deū cōtemnit ꝓpriā voluntatē q̄ȝ alie vir/
tutes morales: que ꝓpter deū aliqua alia
bona cōtemnūt. Vñ Greg᷒. dic͛ vlti. moral.
ꝙ obedientia victimis iure p̄ponit͛: quia ꝑ
victimas aliena caro: per obedientiā vo
voluntas propria mactat͛: vnde etiaȝ alia

queculq virtutū opa ex hoc meritoria sunt apud deū: quia fiūt vt obediat diuine voluntati: nam si quis etiā martyriū sustineret: vel cuncta sua paupibus erogaret: nisi hoc ordinaret ad impletionē diuine voluntatis: qd directe ptinet ad obedientiā: nō possent esse meritoria: sicut nec si fierēt sine charitate que sine obediētia esse nō potest: ideo dicit Greg. vlti. moral. q obedientia tanto magis est meritoria quāto min habet de suo. Mirum: qr obedientia sicut et quelibet alia virtus debet habere pmptā voluntatē in suū ppriū obiectū: non autē in id quod repugnans est ei: ppriū autem obiectū ipsius obediētie est pceptū: qd ex alterius volūtate procedit: scz diuina vel humana: vnde obedientia reddit pmptaz hominis voluntatē ad implendū voluntatem alterius .s. pcipientis: si autē id quod ei pcipit sit ei volitum pter se: etiā absq ratione pcepti: sicut accidit frequētius in psperis: iam ex ppria voluntate tendit in id et nō videt implere pter pceptū: sed propter propriā volūtatē: sed quādo id quod pcipit nullo mō est sm se volitū: sed sm se cōsideratū proprie volūtati repugnans sic accidit i psperis: tūc oīno manifestū est q nō implet nisi pter pceptum: et ideo dicit Greg. in vlti. moral. q obedientia que habet aliquid de suo in psperis est nulla vel minor: quia .s. volūtas propria non videt tendere pncipaliter ad implendū pceptuz sed assequēdum ppriū volitū: in aduersis autē vel difficilibus est maior: quia ppria volūtas in nihil aliud tendit q in pceptū: sed hoc intelligendū est sm id qd exterius apparet: nam sm iudiciū dei q corda rimatur: cōtingere pōt q obediētia in psperis aliqd habēs de suo: pter hoc non sit minus laudabilis: si scz ppria volūtas obediētis nō minus deuote tendat ad impletionē pcepti: plus innitens pcepto q proprio volito. Preterea sciendū est q obedientiā ad quā se quis voto psertim religionis cōstrinxit: vberior est merito: qr iam meret ex voto qd est actus latrie vel religionis: inter ceteras autē virtutes morales latria est pcipua: quia concernit pceptum prime tabule: et etiam meret ex obediētia: vnde talis se plus subijcit deo obedientiā vouendo et profitendo q solum pfitendo: eo q subijcit actū et potestatē: ita q nō pōt aliud decetero facere q qd sibi fuerit imperatū: sicut plus facit qui dat arborē cum fructu q qui dat solum fructū. Notanduz tn̄ q obediētia triplex distinguit. Quedā enī dicit impfecta sufficiens tamē ad salutem: qua .s. quis obedit tm̄ in his que seruare pmisit: vel que in illis implicite cōtinent: sicut sunt illa sine quib religionis pfessio nō seruat: vt recipere officia ordinis et hmōi: et talis obedientia necessitatis est: sicq solū obedire tenent in his q possunt ad regularē conuersationē ptinere: q si pciperet aliquid supra vel infra vel contra pfessionē vel regulā factā: ad hoc non tenet: et hoc vult Bern. in li. de p. et dis. dicens: Subditus nec citra pfessionem nec vltra pmissum cogendus est. Quedaz est autē obediētia pfecta: que .s. se extendit ad omnia humano mō possibilia: que nō sunt cōtra deū vel cōtra regulā quā quis cōfessus est: q si platus ex passione vel puersa intentiōe dura pciperet aut grauia: dūmodo non sint mala simpliciter vel in aliquo casu: tūc obediens duplicē meret coronā: q si durū alicui videat: recolat obediētiā Abrae filium imolantis: et Ezechielis penitentiā acceptātis eiusdē quarto: de quo plenius patet alibi: recolat inquā herculē de quo legit q iuno vxor iouis inuidens herculi: quē ipse in almena genuerat: oīa difficilia solebat illi pcipere: ipsum enī misit ad hispaniā ad occidendū Gereonē: ad infernum ad educendū cerberū: in athalidiam ad superandū hydrā quinq capituz: hercules omia cōpleuit: ita q iuno citius fuit fessa pcipiendo q hercules obediēdo sic in religione dato q hercules: id est sapiens subdit platū habeat p nouerca: q. s. sibi non cessat difficilia maliciose pcipere: ipe tn̄ debet ei in oīb obedire: et eum obediendo patiētia fatigare: ita q platus malus citi fatigari debet pcipiēdo q subditus obediēdo. Quedā deniq obediētia ē indiscreta obediens etiaz in illicitis et illa vitupabilis est. Pro quo sciendū q si pcipit qd simplr malū est: nequaq est obediēdū. Si vo dubiū est tūc obediēs excusat a peccato pter obediētie bonū: licz i vitate sit malū: nisi dubietas esset tā crassa et supina q nō excusaret: vt si mādaret qd esset 9 articulos fidei: vel pceptū diuinū: vel contra generale pceptū vl statutū ecclesie: aut directe cōtra pfessam regulā: psertim i his casibus in quibus platus dispensare non potest: vt in tribus votis substantialib: et in his que habent extra de sta. mo. c. cū ad

obedientia hec

monasteriū: si certū ē q̄ pōt dispōsare: tunc
debet subditus obedire: si vo dubiū est an
platus pōt: tūc subdit⁹ excusat̄ rōne dubij
si obedit. Ad laudē dei.

De charitate increata: τ qualit̄ diligit seipsam: angelos: homies: τ omnia creata: Sermo XIIII

Honora patrē tuum
τc. Tertio p̄ceptū hoc exponitur
de patre τ matre eternali: id est d̄
deo τ christo: beataq̧ virgine q̄ dicit̄ mat̄
A gratie τ misericordie. Hos ꝙ parētes ho
norare debem⁹ tripliciter: eos sc; p̄ omnib⁹
τ sup oīa diligēdo: obediēdo: ac p charita
tiuā subuentionē deū in suis mēbris hono
rando: iugiterq̧ cordiali affectu deo iugit̄
seruiēdo τ grās agēdo. Primo inquā eos
honorare debem⁹ p̄ omnib⁹ τ sup oīa dili
gendo: ad qd̄ homo potissime moueri de
bet ex eo: q̄ in tantis bn̄ficijs amoris nos
deus diligēdo p̄uenit: vt omnē ingratitu
dinē τ tepiditatē a nostris cordibus pcul
pelleret: τ si qn̄q̧ piguisset amare iam sal
tem nos tantū amatos nō pigeat remeare:
q: charitas ꝰm aplm est finis p̄cepti: quia
omnia opa q̄ sunt in p̄cepto tendūt ad cha
ritatē: vt magis ac magis augeat̄. Est aūt
charitas dilectio q̄ deus sup oīa τ ī omni
bus diligit̄ pter se: τ primus pter deū
τ ī deo: que charitas vt dicit Aug⁹. nascit̄
in appetitu. s. cū quis appetit fieri volūta
te dei sup oīa: nutrit̄ autē in cogitatiōe: cū
sc; in hoc cogitat τ in hoc pficit: roborat̄
inquā in opatione ac tandē pficit̄: cum ab
hoc se nō auertit pter aliqua mala q̄ sibi
aduenīūt: verūtamē q: pter defectus na
turales τ impedimenta corpalia hec plene
cōsequi nō pōt in hac vita: cupit dissolui et
esse cū christo: vbi plenius τ pfectius hoc
adipisci sperat: sc; q̄ voluntas dei sup oīa
fiat: de hac igit̄ v[...]ute charitat̄ licz mul
ta dixisse me memini: p̄sertim in li. qui inti
tulat̄ scala amoris: ac in lib. qui intitulat̄
edemyn cōtemplatiuorū: in sermonib⁹ q;
de diuersis: ne tamē hāc eminētissimā vir
tutem intactā ī hoc opusculo videar p̄ter
isse: quedā statui sub breuitate psequi. Et
B p̄mo de virtute charitatis in se. De qua
primo queri potest: vtrum charitas sit ali
quid creatum in anima: p̄sertim cum nihil
creatū est infinite virtutis: sed magis oīs
creatura vanitas est: charitas autē non est
vanitas sed vanitati repugnat: τ est infini
te virtutis: q: animā hominis ad infinitū
bonū pducit: vnde deus spūaliter est ani
me vita sicut aīa corporis vita: iuxta illud
Deut. xxx. Ipse est vita tua: sed aīa viuifi
cat corpus p seipsam: ergo deus est anime
vita quā vtiq̧ viuificat p charitatē: iuxta
illud. j. Joh. iij. Nos scimus qm̄ translati
sum⁹ d̄ morte ad vitā qm̄ diligim⁹ fratres.
Ad hoc rn̄det magister sententiaꝝ in p̄mo
dist. xvij. q̄ charitas nō est aliquid creatū
in aīa: sed est ipse spūssanctus mentē inha
bitans: nō est tn̄ intentio sua q̄ iste motus
dilectiōis q̄ deū diligim⁹ sit ipē spūssanct⁹
ꝰ q̄ ipē mot⁹ dilectiōis est a spūsancto non
mediāte aliq̄ habitu: sic̄ a spūsancto s̄t alij
actus virtuosi mediātibus habitibus ali
arū virtutū: puta habit⁹ spei: fidei vel alte
rius virtutis: τ hoc dicebat pter excellē
tiā charitatis: τ in hoc magister sentētiaꝝ
habuit aliquos sequaces: verūtamē cōmu
niter doctores hoc improbāt sup hunc lo
cum. Nam Bonauē. dicit ibidē: q̄ est po
nere charitatem ꝰm cōmunē opinionē que
est habitus creatus informās animā: τ ra
tionē hui⁹ sumit tripliciter. Primo ex pte
essentie charitatis: q: charitas est bonitas
creature rōnalis: ipsam pficiens τ distin
guens τ ordinans τ disponens. Secūdo a
pte virtutis: q: charitas qua deū diligim⁹
est virtus: nō q: deus tm̄ coopat̄ in nobis
sed etiā quia nostra volūtas coopat̄ deo:
adiutores enī dei sumus: τ q: cum coope
ramur deo: necesse ē similit̄ nos cōformari
sibi: necesse est etiā q̄ ab illa summa chari
tate relinquat̄ in nobis aliqd̄ exemplum ī
effectu nostro p quod moueat̄ illi confor
miter: volūtas em̄ libera est τ nata mouert̄
ad opposita: τ ideo ponit̄ in nobis virtus
charitatis create: nō pter defectum a pte
dei in nobis coopantis: sed volūtatis no
stre sibi coopantis. Tertio a pte operatio
nis ponit̄ necessitas: quia reformatio siue
recreatio: vnio τ dilectio: non tm̄ sunt ab
alio vt ab efficiēte: sed etiā vt ab informā
te: informans autē est charitas creata: licz
enī recreatio ab increato p modū efficien
tis sicut creatio: tamē recreatio vel refor
matio relinquit vlterius formā: τ id̄ necesse
est ponere habitū informantē: ꝰ ille. Tho. C
etiā in scd̄a 2e. q. xxiij. dictam opinionē re
probat: dicens: inter alia: q̄ motus chari
tatis non ita procedit a spūsancto mentem
humanā mouentē: q̄ hūana mens sit mo

ta tñ: ⁊ nullo modo sit ꝓncipiū motus hu/ius: qꝛ hoc esset ꝯtra ratione volūtarij cu/ius principiū opoꝛtet in ipso esse: al's eni se quereret ꝙ diligere nō esset voluntariuȝ qd̄ īplicat ꝯtradictioneȝ: qꝛ de sui rōne amoꝛ īpoꝛtat ꝙ sit actus volūtatis. Nec dici po test ꝙ moueat voluntatē ad actū diligēdi sicut mouetur instrumentū: ꝙ si sit principiū actus: nō tñ est ipso agere vł non agere: qꝛ sic etiā tolleretur ratio voluntarij ⁊ exclude retur rō meriti: sed opoꝛtet ꝙ a spūsancto sic moueatur ad diligendū: ꝙ etiā ⁊ ipsa sit effi ciens hunc actū: nullus aūt actus ab aliq̄ potētia actiua ꝓducitur nisi sit ei ꝯnaturalis ꝑ aliquā foꝛmā q̄ sit actionis principiū: vn̄ deus q̄ oīa mouet ad fines debitos: sin/gulis rebus foꝛmas indidit: ꝑ quas ad fi/nes a deo sibi ꝓstitutos inclinantur: ⁊ sic vt dicitur Sap. viij. Disponit oīa suauiter: mani festū est aūt ꝙ actus charitatis naturā po tentie voluntatis excedit: ideo nisi aliqua foꝛma naturali potētie supadderetur ꝑ quaȝ ad actū dilectiōis inclinaretur: scd̄m hoc es/set etiā iste actus ipfectioꝛ naturalibus actibus ⁊ etiā actibus aliaꝝ virtutū: nec esset facil' ⁊ delectabilis qd̄ patet esse falsum: qꝛ nul/la virtus tantā inclinationē habꝫ ad actū suū sicut charitas: nec aliqua tā delectabi liter operatur. Hinc maxime necessariuȝ est ꝙ ad actū charitatis aliqua habitualis foꝛ/ma supaddita sit naturali potētie inclinās īpam ad charitatis actū ⁊ delectabiliter ope rari faciens: vn̄ licet effectiue deus sit vita anime ꝑ charitatē ⁊ coꝛpoꝛis: ꝑ animaȝ tñ formaliter charitas vita anime est: sic ani/ma coꝛpoꝛis vita. Unde ꝑ h̄ ꝯcludi pōt: ꝙ sicut anima imediate vnitur coꝛpi: sic ⁊ cha/ritas anime: ⁊ opatur foꝛmaliter efficacia foꝛ/me scd̄m virtutē agentis qd̄ foꝛmā īducit: ⁊ ideo charitas nō est vanitas: sed facit effe ctū infinitū dū deo ꝯiūgit animā iustificā/do ipam: h̄ eni demonstrat infinitatē virtu tis diuīe que est charitatis actoꝛ. Ex dict' igitur patet: ꝙ duplex est charitas: scꝫ in/creata que deus est: ⁊ creata que dei donū est: vn̄ Bern. in li. de dili. deum dicitur recte charitas ⁊ deus ⁊ dei donū: itaqꝫ charitas dat charitatē substātia accidētalē: vbi dā/tē significat nomē substantie ē vbi donum qualitatis. ¶ Secūdo vero q̄ri pōt de cha ritate increata q̄ deus est: vtrū scꝫ sit eadē dilectio diuina respectu creaturaꝝ cū ea q̄ est vnius persone in diuinis respectu alte/rius: ꝓsertim cū ex hoc sequeretur ꝙ dilectio dei respectu creaturaꝝ esset summa: sic illa q̄ est respectu ꝑsonaꝝ adinuicē: qꝛ dilectio dei nō potest intendi: nec etiā remitti. Ad hoc dicendū fm̄ Alex. de hales in li. j. vbi agitur de dilectiōe dei ad creaturas: ꝙ ali/qd̄ diligere idē est qd̄ illi bonū velle. Dicē dū igitur ꝙ diligere dei duplicē habet com/parationē: vnā ad īpam dei voluntatē: ali am ad īpm volitū: cū ergo dicitur: pater dili git filiū vł ecōuerso: ibi est summū bonum tā ex ꝑte voluntatis q̄ ex ꝑte voliti: qꝛ pater filio nō potest velle maius bonum q̄ vult. Cū vero dicitur deus diligit creaturā: h̄ di/lectio est etiā summa ꝑ cōparationē ad vo/luntatē diligentis: qꝛ nec pōt eē maioꝛ nec intendi nec remitti: ⁊ sic est in termīo dile/ctionis: ac ꝑ ꝯsequēs est eadē dilectio cum dilectiōe illa q̄ est respectu ꝑsonaꝝ: qꝛ dei voluntas est sua essentia: de qua dilectiōe dicit dn̄s ad discipl'os: sicut dilexit me pa/ter ⁊ ego dilexi vos: verūtamē ꝑ cōparati/onē ad creaturā dilectā siue ad īpm volitū qd̄ ex dilectiōe deus efficit in creatura: vel qd̄ iam factū ei placet: tūc nō est summa di lectio sed pōt esse maioꝛ: qꝛ pōt huic crea/to velle maius bonū: sicut potest īpm face re melius q̄ sit: scd̄m ꝙ li melius nomina/liter accipitur. Ex his cōsequenter elicitendū est ꝙ q̄tū est ex ꝑte voliti vł creature dilecte: q̄to melioꝛes sunt creature in oꝛdie ⁊ gra du suo: tāto magis sunt diligibiles: qꝛ bo/nū rōne boni diligibile est: ⁊ ideo quātum est in qualibet creatura de bono tantū ē di ligibilis ⁊ ab eo plus diligitur: q̄ volunta/tē habet bene mensuratā ⁊ oꝛdinatā sic est in deo. Sed obijcitur ꝙ deus nō diligit crea turā nisi fm̄ ꝙ creatura est in deo ⁊ ab eter no fuit in deo: ꝓpter quod creaturā etiam dilexit ab eterno: sicut scriptū ē Ephes. ij. Elegit nos ante mūdi constitutionē: nec ē electio sine dilectiōe: alioq̄n vt dicit Hugo ea est vis amoꝛis ꝙ necesse est amantē esse talē quale est id qd̄ amat. Si deus igitur cre/aturā diligeret in esse ꝓpꝛio necessariū esseȝ illū trāsfoꝛmari in creaturā vł in similitu/dinē creature: qd̄ cū sit īpossibile non dili/git creaturā nisi scd̄m ꝙ est in seipso. Ad h̄ respondet Alex. de hales ibidē ꝙ illa au/ctoꝛitas Hugonis ꝓpꝛie intelligitur: vbi amās minus nobile est amato vł simplici/ter vel scd̄m quid sicut est in hominibus: aliquis eni amans aliquid q̄uis sit minus nobile simpliciter sic minimus vł aliquid si/mile: tamen in eo quod illud affectat ⁊ cir/

Dux charitas ⟨ increata Deus / Creata

ea illud afficitur supponit seipsum amato ⁊ sic quodammodo transformatur in illō: sic autē non est in deo: vnde nō oportet ꝙ transformetur in amatū: nō eñ intelligit verbū illud de dilectione que est volūtas boni qualis est dilectio dei: sed intelligit de dilectione que ē affectio que quodammodo transformat amantē in amatum. Et etiā dicit Bonauen. sup. iij. di. ꝙ amor diuinus nō est amor affectionis inclinās ad alterꝫ: sed potius inclinans ⁊ trahēs ad seipsum: vnde diuinus amor potius amata transformat ⁊ conformat ipsi amāti ꝙ ecōuerso: scōm ergo ꝙ duplex est cōformatio rerū ad deū. s. scōm similitudinē vestigij et sm similitudinē expressā que est ratio imaginis: sm hoc dei dilectio dupliciter accipi potest. Primo generaliter scꝫ in effectibus nature qs cōmuniter ⁊ generaliter cōicat omnibus creaturis: ⁊ sic diuina dilectio ē respectu oīs creature. Secūdo specialiter. s. in effectibus gratie qs cōicat tm̄ creature rationali nō habēti defectū alicui⁹ criminis: ⁊ sic diuina dilectio nō est nisi respectu ei⁹ creature cui charitatē cōicat: ita ꝙ ꝑ illam charitatē vnione ꝓmaxīa deo adhereat vt sic ꝑ charitatē in deo maneat ⁊ deus in eo.

Tertio q̄ri pōt de creatura magis a deo dilecta: vtrū scꝫ deus magis diligit hominē vl' angelū: ꝓsertim cū tāto creatura videatur amabilior q̄nto est deo similior: sed angelica natura videtur deo similior: vtpote natura nobilior. Ad hoc rñdet Bonauentu. sup. iij. di. xxxij. ꝙ deus dicitur diligere creaturā nō ratiōe affectiōis animi sed ratione cōicatiōis alicui⁹ boni: sic ꝙ dilectio dei qotius dicitur esse dilectio effectus q̄ affectus. Duplex est igitur effectus principal' ipsius dei respectu creature rōnalis. s. conditionis in q̄ ostenditur dei potentia: ⁊ sic magis dilexit angelos: quia meliora ꝯtulit eis naturalia. Secūdus aūt effect⁹ ē reperationis in q̄ māifestatur dei misericordia ⁊ sic mag' dilexit homīes q̄s. s. releuauit ⁊ angelos deseruit: ⁊ sic in dilectiōe dei mutuo se excedūt: dicēdū igitur ꝙ si loq̄mur de excessu dilectiōis sꝫ statū ꝑntē tūc mag' diligit angelos q̄ homīes: vtpote deo similiores q̄a nobiliores: q̄s ⁊ vno solo motu meritorio glorificauit: qui ⁊ nullā habent retardationē q̄ ꝑpediunt q̄ minus in deuꝫ totaliter tendere valeāt. Si vero loq̄mur sm statū grē final' in quo erit reparatio cōsummata: tūc videtur satis rationabiliter dici posse ꝙ magis diligit homīes: q2 de pluribus habebit homo in paradiso vñ gratus ⁊ deuotus existat deo q̄ angelus: tū ꝓpter beneficiū incarnationis: quia vt dicit Hebreo. ij. Nusq̄ angelos apprehēdit sed semen abrae: tum ꝓpter beneficiū redemptionis: quia vt dicit Joh. xv. Maiorē hac dilectionē nemo habet ⁊c. posuit eñ animaꝫ suā ꝓ hominibus releuādis nō ꝓ angelis tū ꝓpter beneficiū eminētis glorificatiōis: q2 ꝯstituit in altiori gradu honoris humanā naturā in vtroq̄ sexu q̄ angelicā: scilicet christum ⁊ eius nobilissimā matrē. Dilexit insuꝑ deus humanū genus tā in statu inimicitie ꝙ in statu amicitie: nō autem angelicū genus qd̄ post casum omnino deseruit: ⁊ hec manifestāt erga nos nō solum diuine charitatis magnitudinē: sed etiam eius nimietatē: scōm illud Ephes. ij. Deus qui diues est in misericordia ꝓpter nimiam charitatē qua dilexit nos: cū essemus mortui peccato ꝯuiuificauit nos in christo: et licet angelus est deo similior q̄tuꝫ ad ea q̄ sunt nature nō tñ q̄tū ad dona gratie: modo dei dilectio magis pensat dona nature suꝑaddita: ꝙ ea que sunt naturaliter insita. Considera nūc o anima quātā tibi dilectionē ostendit deus in via: quātāq̄ exhibebit in patria: obtulit eñ in christo ꝓ salute tua suā diuinitatē: nobilissimā animam ⁊ innocētissimā carnē: offert insuꝑ omnib⁹ eminentissimā charitateꝫ: vt merito dicat Jacobus in canonica sua: Omne datū optimū ⁊ omne donū ꝑfectū desursū est descendens a patre luminū: amplectere igitur amplectere totis ꝑcordijs: āplectere dona dei tui o sponsa christi: ⁊ exultando cū ꝓpheta iubila deo dicēs: Quid retribuā dño: vnde spōsus tuus in hac vita tanti te estimauit: tantaq̄ charitate salutē tuā sitijt: ꝙ de eo dicit Bern. Si christus tot mēbra habuisset q̄t sunt stelle in celo: ⁊ q̄tlibet mēbrorꝫ corpus habuissꝫ: oīa illa corpora ad lignū crucis dedisset: anteq̄ animā vnā q̄tuꝫ in se est in damnatiōe reliquisset: si ergo tantā habuit charitatē in recreatiōe: o q̄tā exhibebit in eterna glorificatiōe: Dicit enim Bern. in re. christi: ꝙ dilectio qua omnis angelica natura pariter ⁊ humana se mutuo diligūt: respectu illi⁹ dilectiōis q̄ christ⁹ inq̄tū hō diligit minimū gloriosū est minor ꝙ centrꝫ ad circūferētiā celi chrystallini cōsiderato ipo fonte: vnde tal' amor origineꝫ habet: verūtamē dilectionē dei summi ad

minimū beatū q̄s explicet: nā tanta dile/ctione deus trinus ⁊ vnus fert in minimū beatuꝫ: ꝙ si ponatˀ ex vna pte dilectio dei ad minimuꝫ beatum: ⁊ ex alia pte dilectio christi inq̄tū homo ⁊ beate marie omniū/ꝙ angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ quā spirāt in deuꝫ et inter seinuicē nulla potest esse equiparatio quia finiti ad infinitū nulla pōt esse cōpa/ratio: ⁊ ideo amor quē minimus sanctˀ spi rat in deū maior est q̄̄ amor christi inq̄tū homo ⁊ amor beate virginis omniūq̄ȝ san ctoꝝ ⁊ angeloꝝ quē spirāt inuicē int se: sicͤ maior ē circūferētia celi chrystallini mini/mo centro: quia talis dilectio dei est vnus de tribus principalibus actibus substātia lis glorie: qd̄ nos felicit expiri cōcedat ie/sus christus sponsus eterne glorie.

De charitate creata que est potissima virtutū in qua cōsistit omne meritū: Sermo XV

Onora patrē tuū.

b Expediti vtcūq̄ȝ de charitate in/creata que deus est. Iā de chari/tate creata que dei donū est ẜmo succinctˀ pcurrat De q̄ prīo queri pōt vtrū scꝫ cha ritas creata que cordibus fideliū infundi/tur: sit specialis virtus: pſertim cum chari tas nihil aliud esse videt q̄̄ amicicia q̄daꝫ: sed amicitia nō ponit a pħo virtus: vt pa tet in. iij. li. Ethic: qꝛ nec cōnumerat inter virtutes morales nec inter intellectuales. Ad hoc rn̄det breuit Richar. sup. iij. di. xx vij. ꝙ charitas est virtˀ vna ẜm speciē spe/cialissimā: qꝛ in plures species nō diuidit: charitas eni ↄstituit in specie ex sui cōpa/ratiōe ad primū suū ⁊ principale ac forma/le obiectū qd̄ nō est nisi vnū: scꝫ ipse deus sub ratione q̄ est sūmū bonū: quo solo ple/narie volūtas beatificari pōt: hec aūt for/malis ratio obiecti charitatis nō est diuisi bilis in plures rōnes eo ꝙ impossibile est esse plura bona q̄ sint summa bona: qꝛ nō es set summū bonū in quo nō essēt oēs rōnes boni p modū excellētiorē q̄̄ inuenirent in aliquo alio bono: nec tale bonū posset esse principale charitatis obiectū: eo ꝙ in tali bono volūtas beatificari nō possꝫ. Ad ob iectū ergo dicendū ẜm Tho. scd̄a. 2ᵉ. q. xx iij. ꝙ pħus in. viij. Ethic. nō negat amiciti am esse virtutē: sed dicͭ ꝙ ē virtus vl̄ cū vir tute: pōt tn̄ dici ꝙ amicitia ꝓprie nō est vir tus p se ab alijs distincta: qꝛ nō habꝫ rōnē laudabilis ⁊ honesti nisi ex obiecto: scd̄m scꝫ ꝙ fundat sup honestate virtutū: qd̄ pa tet ex eo: qꝛ nō quelibet amicitia rationem habꝫ laudabilis ⁊ honesti sicͭ patet in ami citia delectabilis ⁊ vtilis: vn̄ amicitia vir/tuosa magis est aliq̄d ↄsequēs ad virtutes q̄̄ sit virtus: nec ē simile de charitate q̄ nō fundatur principalit super virtute huma/na: sed sup bonitate diuina: vnde Augˀ. li. de moribus ecclesie Charitas est virtˀ q̄ animi nostri rectissima affectio est q̄ ↄiūgit nos deo q̄ ipm̄ diligimus. Et si obijcit ꝙ charitas habet duo obiecta: scꝫ deū ⁊ pri/mū: ⁊ ergo nō est vna virtus ẜm speciē. Re spōdet ibidē Richar. ꝙ primˀ nō est pnci/pale ⁊ formale obiectū charitatis: qꝛ p cha ritatē ipm̄ nō diligimus nisi ꝓpter deum.

Scd̄o vero q̄ri pōt vtꝝ charitas sit potis sima virtutū sicͭ sentire videt apl̄s. j. Coꝝ. xiij. Maior aūt hoꝝ est charitas. Ad h̄ re/spōdet Tho. vbi. s. ꝙ ex quo bonū in acti bus hūanis attendit ẜm ꝙ regula debita regulant: ideo necesse est ꝙ hūana virtus q̄ pncipiū est bonoꝝ actuū ↄsistat in attin/gēdo regulā hūanoꝝ actuum. Duplex ē er go regula hūanoꝝ actuū: scꝫ humana rō ⁊ deus: sed deus ē regula prima a q̄ etiā hu/mana rō est regulanda. Hinc virtutes the/ologice q̄ ↄsistūt in attingedo illā regulaꝫ primā: eo ꝙ eaꝝ obiectū est deus: excellen tiores sūt virtutibˀ moralibˀ vl̄ intellectua libˀ q̄ ↄsistūt in attingēdo rōne hūanā: ꝓ pter qd̄ oportet vt ēt int ipas ꝟtutes theo logicas illa sit potior q̄ magis deū attigit sicͭ charitas: qꝛ fides ⁊ spes attingūt q̄deꝫ deū ẜm ꝙ ex ipo ꝓueit nobˀ vl̄ cognitio ve ri vl̄ adeptio boni: ꝫ charitas ipm̄ deū at/tingit vt in ipo sistat: nō vt eo nobˀ aliq̄d ꝓ ueiat: ⁊ sic charitas ē excellētior fide ⁊ spe: ac p ↄseqns oībˀ alijs virtutibˀ: ⁊ qd̄ malˀ est sine charitate nulla pōt eē virtˀ vera vl̄ meritoria: sicut ondit apl̄us. j. Coꝝ. xiij. si distribuero in cibos paupeꝝ omnē facul/tatē meā: ⁊ si tradidero corpˀ meū ⁊c. Hu/ius aūt ratio est: qꝛ virtus ordinat ad bo/nū: sed bonū pncipalit est finis: nā ea que sunt ad finē nō dicunt bona nisi in ordine ad finē. Sicut ergo duplex est finis. s. vlti/mus ⁊ proximus: ita duplex est bonum sci licet vltimū ⁊ hoc est principale bonū ho/minis: scꝫ dei fruitio: iuxta illd̄ ps̄. Mihi adherere deo bonū est. ⁊ ad hoc ordinatur homo p charitatē Et bonū primū vl̄ ptícu lare ⁊ scd̄ariū qd̄ ēt duplex eē potest. Vnū

quidē vere bonū vtpote q̄tū in se est ordi/
nabile ad principale bonū qđ est vltimus
finis. Aliud aūt est bonū apparēs ꝛ nō ve
rū: quoniā abducit a finali bono: sicͭ aua/
roꝝ prudentia qua diuersa genera locello
rū excogitāt: ꝛ auarorū iusticia qua metu
grauiū damnoꝝ ꝯtemnunt alienū ꝛ aua/
roꝝ tēperantia qua luxurie cohibēt appe/
titū qm̄ sumptuosa est: ꝛ auaroꝝ fortitudo
qua vt ait Horatius. Per mare pauperiē
fugiunt: p saxa ignes: vt dicit Aug. in. iiij.
li. ꝯtra Julianū: ꝛ ideo nec̄e ē habere cha
ritatē vt ꝛ virtutes meritorie reddāt ꝛ deo
grate: q2 p solā charitatē ordinant actꝰ om
niū aliaꝝ virtutū in finē vltimū: ac p cōse/
quēs dat formā actibꝰ oīm aliaꝝ virtutū:
vñ generalit charitas dicit radix virtutū
q2 p illā oēs alie nutriunt virtutes: nec bz
Greg. in Omel. bz q̄cq̄ viriditatꝭ ramꝰ bo/
ni opis: si nō pmaserit in radice charitatꝭ.
Dicit etiā fundamentū virtutū: eo q oēs
alias virtutes valēter sustētat: dicit etiaz
forma virtutū nō quidē exemplarit aut es/
sentialit s3 magis effectiue: q2 formā oībus
īponit ordinās eas ad vltimū finē. Unde
ꝓprie virtutes dicunt in ordine ad actus
formatos: dicit etiā mat virtutū: q2 ex ap
petitu finis cōcipit actus aliaꝝ virtutū im
perādo eos. Unde merito dicit charitas
maxima virtutū: q2 dicit ī euāgelio Mat.
xxij. q dilectio dei est primiū ꝛ maximum
B mandatū. Tertio ꝑinde queri pōt vtrū
in charitatiua dilectiōe ꝯsistat omne meri
tū sicut intelligere dat aplus in dicta au/
ctoritate: si distribuero: cum tñ ecōtra diffi
cultas tn operādo videat augere meritū:
eo q scđm phum virtus est circa difficile ꝛ
bonū ergo maior virtus circa magis diffi/
cile ꝛ maiꝰ bonū: sed charitatiua dilectio
difficultatē in operādo diminuit: q2 dicit
Aug. in li. ꝯfes. qui amat nō laborat: oīs
eñ labor nō amantibꝰ grauis ē: solū amor
est qđ nomē difficultatis erubescit. Ad h
rñdet Rich. sup. iij. di. xxx. q ꝓprie loquen
do de merito scđm q ꝯsistit ī actu remune
rabili de cōdigno in vita eterna: sic omne
meritū aut est charitatiua dei dilectio: aut
tm̄ illud qđ in ipso actu formale ē p chari/
tatiuā dei dilectionē: p hoc eni q volūtas
p charitatē diligit deū ꝓpter se ꝛ sup oīa:
vult actus alios rectos esse p illū cui ꝓpt
se ꝛ sup omnia adheret: qđ est ipos referri
in finē vltimū modo debito: ꝛ sicut rectitu
do est in actu ex sui ꝯformitate ad regulaz
suā que in naturalibus est natura ꝛ in arti
ficialibus ars: ꝛ in moralibus ratio recta
ꝛ lex diuina: sic etiā illud qđ est formale in
merito sicut ipsa remunerabilitas q̄ in ipo
est ex sui debita relatione in vltimū finez:
ꝛ ex ꝯsequēti ipa ratio remunerabilitatis
q̄ ī merito est formal ex charitatiua dei dile
ctione causata est: vnde oē meritū q̄ntuz
ad illud qđ est ī merito formale cōsistit essē
tialit vl causalit in charitatiua dei dilecti
one. Ad obiectū ergo dicendū q difficul/
tas ad operandū ꝓueniēs ex habitudine
mala: quā sibi peccator p actus malos acq̄
siuit nō auget meritū: nec facilitas que est
in opante p virtutē minuit meritū. Bona/
uentura vero sup. iij. di. xxvij. supaddit q
charitas sup omnes virtutes primatū te/
net: ꝛ efficacia meriti p prius attribuenda
est actui charitatis q̄3 actui aliarū virtutū
eo q ipsa cōpletiua sit omniū virtutū: ꝛ in
ipsius actu cōnectit ipm meritū. Ratio ve
ro quare charitas tanta ceteris virtutibꝰ
excellētia p̄eminet est: q2 maxime nos effi/
cit deiformes: tū ratiōe liberalis exhibiti/
onis: quia sicut deus ex amore tribuit oīa
dona: sic charitas liberaliter exequit oīa
obseq̄a ꝛ mandata: tū rōne ꝯformis vnio/
nis: q2 sicut filij patri nectunt nexu amorꝭ
ꝛ vniunt: sic homo p charitatē adherēdo
deo spūs vnus efficit: ꝓpter qđ dicit. Jo/
han. xvij. Ut sint ꝯsūmati in vnū sic ꝛ nos
vnū sumus: tū etiā rōne finalis quietatio/
nis: q2 cū amor sit pōdus spūale facit in de
um tendere ꝛ in deū quiescere sicut corpo/
ralia p sua pondera in locis ꝓprijs firma/
ri habēt ꝛ stabiliri: vnde Augꝰ. in li. ꝯfes.
ponderibꝰ suis agunt oīa ꝛ loca sua petūt
pondus meū amor meus est: illo feror q̄cū
q3 feror. Preterea beatus Bernardinꝰ in
euāgelio eñto de charitate dicit int alia:
q ipa tāte p̄ciositatis est in ꝯspectu dei: q
oīa p̄ciosa reddit: ꝛ ideo p auꝝ designat in
Apoc. iij. vbi dicit suadeo tibi emere a me
aurū ignitū ꝛ ꝓbatū vt locuples fias: naz
sicut aurū ē preciū omniū thesauroꝝ: siue
sint lapides p̄ciosi: p̄dia: domus: mercan/
tie siue quicq̄d aliđ est appreciabile auri p̄/
cioso existimabit: sic etiā cuncte cogitatio
nes: affectiōes: locutiōes: opatiōes ꝛ silia
charitatis precio cōmensurantur: quia de
us opera non ponderat sed affectū: vt pla/
ne patet. xxiiij. q. j. c. odi. in fine: vbi dicit
dñs īterrogat cor nō manū: quāto nāq3 pu
riori seu feruētiori amore placitū aliq̄d deo

facimus: tanto reddit ei gratiosius. Hinc
Luc. xj. Laudata est paupercula vidua q̄
misit i gazophylaciū duo minuta: nō quia
multa ⁊ magna fecit: sed q̄m ampla chari/
tate dilexit. Nec solū aurū ē amor: sed etiā
oīa que fiūt ex charitate: non tm̄ q̄ sunt de
genere bonoꝝ: sed etiā indifferētia reddit
eadē charitas aurea: in cuius figura dicit
iij. Regū vj. ꝙ nihil erat in tēplo qđ nō au
ro tegeret: quia que fiūt ex charitate red/
duntur aurea q̄bus anima iusti celesti spō
so decent exornat: vnde ps. Astitit regia
a dextris tuis in vestitu de au. Cuiꝰ ratio
est: quia licet ꝓprius actus charitatis queꝫ
imediate elicit sit diligere deū ⁊ ꝓximū si/
cut quelibet virtus vnicū solū actū habet
quē elicit: sicut actus fidei quē elicit est cre
dere: ⁊ sic de alijs virtutibus: nullusqꝫ ab
eadē virtute alius actus elicit: charitas ta
mē supra virtutes oēs hāc obtinet supemi
nentiā: ꝙ q̄uis eaꝝ actus ꝓprios imedia/
te nō eliceat ſ3 eliciunt ab habitibꝰ ꝓprijs:
p ipam tn̄ oēs actus virtuosi virtualit im
perant: ⁊ eos a ꝓprijs habitibꝰ elicere fac:
q2 cūcte virtutes in charitate cōnexitatem
habēt: ⁊ ex ħ cūctas virtutes virtuosasqꝫ
opatiōes charitas reddit meritorias. In/
sup nō solū virtutes ⁊ opationes virtuose
p charitatē meritorie reddunt: ſ3 et omnia
alia siue ꝓspera siue aduersa siue mixta si/
ue bona gratie siue mala pene ⁊ mala cul/
pe coopantur charitatē habēti in bonū: tā
pciosa nāqꝫ ⁊ efficax est apđ deū charitas
sancta ꝙ etiā pctā coopant illi in bonum:
vt dicit glo. sup illō Roma. viij. Diligenti
bus deū omnia coopant in bonū. Nec mi
rū cū voluntas impat omnibꝰ potētijs sic
amor omnibus virtutibus: nō minor est in
bono diuina dilectio ꝙ in malo diuia offē
sio: ſ3 arrogāti bona ꝯuertunt in malū: q2
nō opat ad dei gliam sed ad ꝓpriā: si ergo
arrogantia virtutes vl opa virtuosa ꝯuer
tit in vitia: nō minus charitas diuina ma/
lū ꝯuertit ⁊ coopat in bonuꝫ: ex hijs ergo
sequit ꝙ charitas omnia reddit meritoria:
sic etiā sola illius fruitia sunt remuneratio
C ne digna. Pro quo sciendū ꝙ omne ob/
seqviū deo ipensū aut illi ipendit ex amo/
re recto ⁊ puro qui est amor gratuitus nō
querēs que sua sūt: aut timore pene vl vin
dicte: aut ex spe mercedis tpal vl etne aut
alia quacunqꝫ ratione sese potius ꝙ deum
respiciente: ergo si obsequiū impendit ex
amore puro credit illum esse bonū q̄ eideꝫ
hoc impendit: quia nulli rectus amor ⁊ pu
rus ipendit ab aliq̄ nisi credat illū esse bo/
nū ⁊ merito sue bonitatis hmōi amore esse
dignū ⁊ p ꝯsequēs tale obsequiuꝫ est mere
gratuitū ac solū ꝓprie remuneratione di/
gnū: qui vero nō gratis reddit obsequiuꝫ
deo sed ex quadā necessitate vl coactiōe cu
iuscunqꝫ suppositiōis: nō ꝓprie dicedꝰ est
remuneratiōe dignus: sed magis illi pciuꝫ
ope sue elocate reddēdū est. Deniqꝫ diui/
nus amor est ille thesaurꝰ euangelicꝰ a deo
naturalit in humano corde reconditꝰ: quē
q̄ inuenit hō vadit ⁊ vēdit omnia vt emat:
id ē redimat agrū illū illicito cōplexu amo
ris vitiosi miserabilit alienatū ⁊ venditū:
de qua .s. emptiōe dicit in canticis: si dedit
homo totā substātiā domus sue ꝓ dilectio
ne quasi nihil despiciet eā: nimiꝝ cū sit vti
litatis infinite: tū q2 quolibet actu charita
tis mercat regnū dei: dicēte dn̄o: q̄ dederit
calicē aque frigide tm̄ in nomine meo: amē
dico vobis nō pdet mercedē suā: tum etiā
sicut diues efficitur cui omnes mercātie et
ꝯtractus lucrosi reddunt: sic mille milies
eos ditiores spiritualit reddit ipa charitas
in mercātijs oīm virtutū ⁊ virtuosoꝝ ope
rū: ⁊ hoc tangit aplus. j. Cor. xiij. dicens:
charitas patiens est .s. ꝙtū ad habitū pati
entie in anima: ⁊ ideo nō deficit in aduer/
sis que occurrūt in illatis: penis: iniurijs:
ꝯtumelijs: infortunijs ⁊ similibꝰ: nā sic au
rū pcussū dilatat sic in aduersis pssa chari
tas auget: vnde ps. In tribulatiōe dilatā
sti mihi. Secundo benigna est: id est bene
ignita: quia reddit bonū pro malo: vn̄ glo
sa sup illud Ephes. iiij. Estote inuicē beni/
gni: id est largi de facultatibus vestris: ⁊ ħ
maxime vos ꝑsequentibꝰ: Tertio nō emu/
latur: id est nō inuidet aliene felicitati: vel
ꝓsperitati spirituali vel tēporali. Quarto
nō agit perperā: id est puerse pstando in/
pedimentū ne bona fiāt: vel rationē operi
nō deformat intentione nō recta. Quinto
nō īflatur de donis vl bonis adeptis. Se/
xto nō est ambitiosa: sc3 de bono acq̄rēdo
quia vult subesse nō preesse. Septimo non
querit que sua sunt sed dei gloriā ⁊ cōmu/
nem pfectū. Octauo nō irritatur: id est nō
prouocat ad irā: q2 nō habet appetitū vin
dicandi sed vituperationē ꝯuertit in refe/
ctionē ⁊ plagā in medicinā. Nono non co/
gitat malū sc3 rancoris vl vindicte vl etiā
suspitionis sinistre. Decimo nō gaudet su/
per iniquitate sc3 propria vel aliena sed de

let. Undecio cōgaudet veritati scꝫ cognitionis vel operis in se ⁊ in alijs. Duodecimo omnia suffert. s. respectu difficultatum quas patit̄ ad exequēda opera virtuosa. Tredecimo omnia credit. s. que veritas in scripturis suadet. Quartodecimo oīa sperat. s. que christus ꝓmisit. Quintodecimo omnia sustinet. s. respectu absētie dilati sūmi boni ꝓmissi qđ patiēter expectat a deo ꝙ ꝓpt̄ nullā cāꝫ ab ichoato bono desistit.

De subiecto charitatis qđ ē humana volūtas: ⁊ de quinqꝫ donis que recipit anima ab infusa charitate: Sermo XVI

Honora patrē tuū.

b Post aliquātā discussionē charitatis in se: videndū est de ei⁹ subiecto in quo ꝓprie ꝯsistit diuina dilectio.

A De quo primo queri potest vtrū ipsa voluntas hominis sit subiectū charitatis: et videtur ꝙ nō: quia charitas amor quidem est: sed amor scđm pħum est in cōcupiscibili: ⁊ ideo charitas est in ꝯcupiscibili ⁊ nō ī volūtate immo potius esset in libero arbitrio: quia charitas vt in p̄cedēti sermone declaratū est se extedit ad oēs actus humanos: scđm illud. j. Corinth. vl. Omnia opera vr̄a in charitate fiāt: sed ꝑncipiū humanoꝝ actuū est libeꝝ arbitriū: ergo ꝑ consequēs videtur ꝙ charitas maxime sit in libero arbitrio sicut in subiecto: ⁊ ꝑ ꝯsequēs nō in voluntare. Ad hoc rn̄det Tho. scđa 2ᵉ. q. xxiiij. ꝙ duplex est appetitus. s. sēsitiuus ⁊ intellectiu⁹ qui dicit̄ volūtas ⁊ vtriusqꝫ obiectū ē bonū licet diuersimode: nā obiectū appetitus sensitiui est bonū ꝑ sensum apprehensū: obiectū auteꝫ appetitus intellectiui vel voluntatis est bonū sub cōmuni ratione boni ꝓut est apprehensibile ab intellectu. Charitatꝭ autē obiectū nō ē aliqđ sensibile bonū: sed bonū diuinuꝫ qđ ītellectu solo cognoscit̄: ⁊ ideo charitatis subiectū nō est appetitus sensitiuus sed intellectiuus. i. voluntas. cū eñ ad bonū diuinū qđ est intelligibile se vis ꝯcupiscibilꝭ extendere non potest: sed voluntas sola: ideo concupiscibilis subiectū charitatꝭ esse non potest. Nec etiā libeꝝ arbitrium: qꝛ licet liberū arbitriū non est alia potentia a voluntate: tamen charitas non est in volūtate scđm rationē liberi arbitrij cuius act⁹ est eligere: quoniā electio est eoꝝ que sunt ad finem: voluntas autē est ipsius finis: vt dicitur in. iij. Ethic̄. vnde charitas cuius obiectū est vltimus finis magis dici debꝫ esse in voluntate ꝙꝫ in libero arbitrio: ⁊ cōgrue satis: qꝛ sicut voluntas imperat omnibus potentijs: sic amor omnibus virtutibus. Secundo queri pōt vtrū illa charitas in nobis causetur naturalit̄ vl' ex infusione spiritussancti vl' ex bonis actib⁹ p̄cedentibus: p̄sertim quia qđ est cōmune creaturis omnibus: naturalit̄ etiā inest hominibus: sed vt dicit Dyoni. iiij. c. de di. no. omnibus diligibile ⁊ amabile ē bonū diuinū qđ est obiectū charitatis: ⁊ ideo nobis naturaliter inest aut saltē acquirit̄ ex actibus p̄cedentibus: iuxta illud. j. Timoth. j. Finis p̄cepti charitas est de corde bono ⁊ ꝯscientia pura ⁊ fide nō ficta: ⁊ ꝑ consequens non est ex infusione. Ad hoc rn̄det Tho. vbi. s. ꝙ charitas ē amicitia quedaꝫ ad deū fundata sup cogitatione beatitudinis eterne: hec autē communicatio nō debet esse ꝫm bona naturalia sed scđm dona gratuita: quia vt dicit̄ Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Hinc ipsa charitas nāture facultatem excedit: qđ autē excedit nature facultatē non potest esse naturale nec acquiri ꝑ potentias naturales: quia naturalis effectus suam causā non transcendit: ⁊ sic nobꝭ non inest naturaliter ipsa charitas: licet īest nobis dei dilectio que fundat̄ sup communicatione bonoꝝ naturaliū: de qua dicit ibidē Dyoni. nec etiā charitas ꝑ vires naturales acquiri potest: licet actus virtuosi p̄cedentes hominē disponāt ad recipiendum charitatis infusionē vt tangit dicta auctoritas apl'i: sed per gratuitā infusionē sanctispirit⁹ acquirit̄ q̄ est amor patris ⁊ filij: cuius participatio in nobis est ipsa charitas creata: de qua dic̄ apl'us Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiritūsanctū qui datus est nobꝭ: ⁊ hec est operatio quedā potissima diuine bonitatis. Ad cuius effectū ꝑficiendū diuina dignatio postulat: ꝓuer. xxiij. dicēs: Fili prebe mihi cor tuū: sic eñ accipitri volanti sufficit si cor p̄de sue sibi retineat: sic christo sufficit dū solū cor hominis obtineat: pro quo nimirū adipiscendo de celo volauit in virginis vterū: de vtero in presepium: de presepio in patibulū: de cruce in sepulchrū necnō ad infernū: deinde ad resurrectionis gloriā: ac tandē ad patris dexte

ram vt sic cor humanū plenius possideret. per cor aūt intelligit voluntas: qr de⁹ animam querit in corde ꝛ volūtatē in anima: vnde ꝛ in euangelio p cor voluntas intelligitur: vbi dicitur: diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo. Cuius ratio est: quia sicut cor corporale est principiū omniū motuum corporaliū: ita etiā voluntas maxime q̄ntum ad intētionē finis vltimi quiescit obiectū charitatis est principiū omniū motuū spiritualiū: vt igitur sciamus q̄ p charitatē excellentissima dona nobis a deo donantur. B Sciendū est put sufficit ad presentē speculationē q̄ infusa diuinitus charitate quinq̄ dona acceptissima recepim⁹. Primū donū est diuini amoris cōnaturalitas: nam diuina bonitas que spirituisācto appropriatur nullā aliā virtutē collocat in humano corde sic illi cōnaturalē: sicut amorē ꝛ charitatē: quia vt dicit prima Johan. .iiij. Deus charitas est scz increata īmensus: īmortalis: a qua quidē charitate quidā purus ꝛ infinitus actus amoris pcedit: cū igit animā humanā creauit deus ad imaginē vtiq̄ charitatis ꝛ similitudinē infiniti actus amoris sui creauit illā. Hic postq̄ puenerit ad liberū rationis vsū: tūc ex esse ppio quandā habet aptitudinē ad amandū sine qua aliquo mō eē nō pōt: necessariū eīn est illi diligere bonū incōmutabile qd deus ē: aut bonum cōmutabile qd mundus est. Ipsaq̄ p libe. arbi. in medio ɔstituta dinoscit: vt ad qdcunq̄ voluerit se diuertere possit: ꝛ hec ī anima aptitudo diligēdi qdā est imago dei: a qua. s. aptitudine pcedit qdā velox ꝛ efficax amoris act⁹ p quē infiniti actus diuini amoris silitudo clarius demōstrat: ex q̄b⁹ relinq̄tur q̄ nulla virtus ita ɔnaturalis est in anima hūana sicut ipa charitas. Scdm donū est ipi⁹ diuinitatis ɔformitas: sup oēs eīn virtutes amor animā deo ɔformat: cui⁹ rō est: qr deus charitas est: ꝛ ideo meli⁹ p charitatem q̄ p aliquā aliā virtutē tanq̄ deo ɔsimilior eāa ɔformic in deū trāsformat: vnde dicit Hugo de arra anime: q̄ ea vis amoris ē vt te talē eē necesse sit: q̄le ē illō qd amas ꝛ cui p affectū ɔiūgeris in ipsius silitudinē ipa qdāmmō dilectiōis societate trāsformaris: ꝛ ideo subdit ibidē: De⁹ charitas ē ꝛ q̄ manet in charitate ī deo manet ꝛ de⁹ in eo. Si eīn vt refert phs. ij. pollit. Aristophonos dic: q̄ amātes desiderāt ex duob⁹ vnū fieri: ꝛ Tulli⁹ de amicitia dic: q̄ is est amicus q̄ ē tanq̄ alt idē: q̄nto magis ſm apostolū. j. Cor. vj. Qui adheret deo. s. p amorē pfectū vn⁹ spūs ē cū eo. Exprimur eīn in nobis: q̄ vis amoris ardēt totalit ad hoc nitit: inhyat ꝛ gestit: vt nō solū sit ītimus ipi⁹ amāti: ſ ēt vt qdāmmō sit ipm amatū. Hinc ēt intātū tlis in amore dei valēter excedit: q̄ īcorpabilit pdiligit deū dilectū q̄ seipm. Tertiū donū ē ipi⁹ aīe formositas: nā postq̄ aīa p charitatē deo fuerit conformis quō nō erit decor ipius aīe formosus: cū sit in ea vera silitudo diuinitat. Pro q̄ sciēdū ſm Alex. de hales ac alios doctores q̄ imago dei in aīa ɔsistit in naturalib⁹ pprietatibus ꝛ potētijs eius: similitudo vero ɔsistit in gratuitis: id ē in virtutib⁹ charitate diuina formatis ꝛ decoratis: pcipue tn̄ in ipsa charitate ꝛ diuina dilectiōe: vnde licet aīa cunctas virtutes ꝛ dona habeat si charitate priuatur deformis ē: ꝛ ideo displicet q̄ euidenter ostendit apostolus. j. Corinth. xiij. vbi dicitur: Si linguis hominū loquar ꝛ angelorū: charitatē aūt nō ꝛc. Hinc ait Hugo q̄ hoc priuilegiū sola charitas habet vt deus dicatur ꝛ sit: nō eīn deus humilitas est ꝛ patientia: quia cū omnis virtus dei donū sit: nulla pter charitatem hoc habet: vt nō soluz dei donū sed et deus dici possit: reliqua igitur gratiarū dona largitur deus ꝛ his quos reprobat: solam autē charitatē quasi seipm his tm̄ q̄s diligit ī premiū seruat: hec ille. Anima nāq̄ humana carboni similis est: qui si extinctus fuerit obscurā indaginē induit: si vero perfecte ignitus fuerit totus splendid⁹ ꝛ igni silimus apparebit: sic anima humana dū amore diuino per peccatū fuerit extincta: id est charitatis igne priuata: terrā nigredinē immo ꝛ diabolicā turpitudinē induit. Hinc de talib⁹ Hiere. iiij. dicit: denigrata ē sup carbōes facies eorū: q̄b⁹ ī euāgelio ɔueniēt ī pperat dn̄s: vos ex pre diabolo estis: qr filij silitudinē pr̄is habere debēt: q̄d eīn torpescit ī diabolo nisi pctm̄: vtpote cui⁹ natura ieffabili plchritudie ꝛ nobilitate ɔdita ē ſ charitate puata ꝛ liqtate dformat. Ecōtra vo dū aīa fuerit charitatis igne incēsa ptin⁹ efficit pulcherrīa deo q̄ silima: q̄d eīn carbo ignit⁹ nisi ignis cēseri debeat: cū iā ignis fact⁹ ē forma carbonis: ꝛ q̄d aīa charitat igne pfecte succēsa: nisi non dico de⁹ ſ deificata cēseri debeat: cui dr ī ps. ɔfessionē q̄. s. turpitudo pctōrū deponit: ꝛ decorem. s. charitatis induisti.

charitas dei imago dei

amictus lumine scꝫ diuine gratie sicut ve/
stimento: vnde charitas iā facta est anime
forma: sicut forma corporis est anima: ⁊ si/
cut ignis operit carbonis nigredinem: sic
charitas operit peccatoꝝ multitudinē. Ve
rū ne meū putes ficticiū audi Aug⁹. dicē/
tem: qualis est hoīs dilectio talis ē ho/
mo: si terrā diligis terra es: si celū celū es:
si aūt diligis deū nō audeo dicere deus es
sed audi ꝓpham dicentē: ego dixi dij estis
⁊ filij excelsi omnes. hec ille. Quartū do/
nū est spiritualis vite veritas: nam in sola
charitate cōsistit tā virtutū omniū ꝙ etiaꝫ
ipsius anime vita. Hinc ait ꝓpha: querite
dn̄m id est amorē eternū ꝗ est deus ⁊ hoc ꝑ
amorē ⁊ viuet aīa vr̄a: cui ps̄. ⁊ aīa mea il/
li viuet. O felix apl̄us ꝗ hanc vitā exꝑtus
ait: viuo ego iam nō ego: viuit vero in me
christus. De hac aūt vita dicit Aug. inter
alia: ꝙ sicut vita corporis anima est: ita vi
ta anime deus est: sicut corpus expirat dū
amittit animā: sic anima expirat dū amit/
tit deū: de⁹ amissus mors anime: aīa amis/
sa mors corporis: ⁊ licet corpus nr̄m mori
possit tn̄ idip̄m ꝗ diligimus scꝫ anima mo
ri nō pōt cū diligit deū: cui mors est nō di/
ligere deū. hec ille. Et Bern̄. Fons vite est
charitas: nec animā illā viuere dixerim ꝗ
de illo nō hauserit. Haurire quō pōt nisi p̄/
sens sit ip̄i fonti ꝗ charitas est ꝗ deus est.
hec ille. Sed quō inquis adhūc vite fontē
appropīquare poterꝫ? Rn̄det ad hoc Au/
gusti. ꝙ pes anime amor est: qui si prauus
est dicitur cupiditas vl' libido: si rectus est
dicitur charitas. His igitur pedib⁹ ambu/
lat anima ad bonū incōmutabile vl' cōmu/
tabile: qꝛ charitas est anime motus ad fru
endū deo ꝓpter deū ⁊ se ac ꝓximū ꝓpt̄ de/
um: cupiditas autē est anime mot⁹ ad fru/
endū se ac ꝓximo ⁊ quolibet corporeo non
ꝓpter deū ad deū ergo ſm Aug. ꝗ vbiqꝫ p̄/
sens est: vbiqꝫ totus: non pedibus licet ire
sed moribus: mores aūt nr̄i nō ex eo qȯ q̄s/
qꝫ nouit: ſ ex eo ꝙ diligit diiudicari solēt:
nec faciunt bonos vl' malos mores nisi bo
ni vl' mali amores: ꝓpter qȯ longe a pecca/
toribus salus: vt dicit ibidē Aug. sup ps̄.
non loco sed dissimilitudine: q̄d est dissimi
litudine? mala vita: malis moribus: si eniꝫ
bonis moribus deo appropinquamus: ma
lis moribus recedimus a deo: vnde ꝯgrue
idē homo corpore stās in vno loco: ⁊ amā/
do deū accedit ad deū: ⁊ amādo iniq̄tateꝫ
recedit a deo. hec ille. deniqꝫ sicut charitas

animā viuificat sic ⁊ virtutes actiōesqꝫ vir
tuosas meritorias reddit ⁊ viuidas: vt su/
pra tactū est. Quintū donū est amoris in/
satiabilis suauitas: nulla aūt virtus alia
tantā facit experiri delectationē ⁊ cōplacē
tiā sicut charitas: tā in deo ꝙ̄ in creaturis:
sēserat hoc qui dicebat: Q̄ dulcia faucib⁹
meis eloquia tua sup mel ori meo: ⁊ iterū:
iudicia dn̄i vera iustificata ī semetip̄a dul/
ciora ⁊c̄. Cū igit̄ amor dei suauissim⁹ est tā
in affectu ꝙ̄ in effectu: dicente Bern̄. in li.
de diligendo deū: vbi amor est labor non ē
sed sapor: quoniā amanti nihil ē difficile.
Ideo ꝑ ꝯsequens nec satiari pōt desiderio
qui nō nisi desiderare ꝯcupiscit: iuxta illȯ
ps̄. Cōcupiuit aīa m. de. iust. t. in om̄i tēpo.
ꝓpter h̄ aūt anima deū amās amore nō sa/
tiatur: quia deus amor ē quē ꝗ amat amo/
rem amat: amare aūt amorē facit circulum
vt nullus debeat esse finis vl' mēsura amo
ris: vnde Dyoni. li. de di. no. ꝙ amor scili/
cet eternus ostendit̄ sicut quidā etern⁹ cir
culus ꝑ optimū ex optimo in optimū ine/
narrabili cōuersione circūiēs: ⁊ in h̄ circu/
lo spiritus amans ꝯplectit̄ ⁊ ad infinitum
amorē cōplectendū inuitat̄: ex qua inuita
tatione surgit q̄dam appetitus insatiabili/
tas ꝗ omnia vorat: qꝛ de copia facit inopi/
am: dū ex p̄gustatis dei delitijs ampli⁹ in/
ardescit in desiderijs: qꝛ ⁊ si dat̄ ad pleni/
tudinē nūqꝫ tn̄ ad satietateꝫ. Hinc eccl̄i. xx
iiij. dicit̄. qui me edūt adhuc esuriūt. De
hac igit̄ charitate in ordine ad subiectum
adhuc duo queri pn̄t. Primū est vtrū cha
ritas habita pōt diminui vl' totaliter amit
ti: p̄sertim cū dic̄ Aug⁹. viij. de trinitate: ꝙ
si dilectio nō est vera dilectio dicēda nō ē:
sed sicut idē dicit in ep̄la ad Julianū comi
tē: charitas que deseri pōt nō vera fuit: er/
go neqꝫ charitas fuit. Ad hoc rn̄det Tho.
scd̄a. 2e. q. xxiiij. inter alia: ꝙ charitas ha/
bita diminui nō potest: neqꝫ ꝑ actū pecca/
ti mortalis: qꝛ mortale charitatē totaliter
corrūpit tā effectiue: qꝛ charitati ꝯtrariat̄
ꝙ̄ etiā meritorie: qꝛ dignus est ꝙ illi deus
subtrahat totaliter ip̄am charitatē: nec eti
am ꝑ actū peccati venialis: nec quidē effe/
ctiue: qꝛ ad charitatē non attingit: ſ tn̄ ad
feruorē charitatis: nec etiā meritorie: quia
deus non plus vel prius se auertit ab hoīe
ꝙ̄ homo auertit se a deo: similiter diminui
nō pōt ꝑ cessationē ab actu virtutis directe
loquēdo: qꝛ licet virtutes ex actib⁹ acq̄si/
te ꝑ cessationē diminui possunt: vt dic̄ ph̄s

viij. Ethic. q multas amicitias inappella/
tio soluit: id est non appellare amicū vel ei
nō colloqui: cui⁹ rō est: qz pseruatio vniuſ
cuiuſqz rei depēdet ex sua causa. Causa xo
virtutis acqſite est actus hūanus: quibus
cessantib⁹ virtus acqſita diminuit: et tan/
dem totalit corrūpit: sed hoc in charitate
locū nō habet: qz solū a deo infundit: et sic
actu charitatis cessante nō diminuit cha/
ritas directe nec corrūpit si desit mortale
peccatū: indirecte tñ loquendo diminutio
charitat dici pōt dispositio ad corruptōez
ipsius que fit p venialia peccata vel etiā p
cessationē ab exercitio operū charitatis: s
p mortale totalit corrūpi pōt: qz subiectū
charitatis est ad bonū et ad malū vertibile
sm arbitrij libertatē. Secūdo queri pōt:
vtrū charitas augeri pōt. Ad hoc ibidem
breuiter rñdet Tho. q charitas nō auget
p hoc q charitas addit charitati sic qui/
dā ponunt: sed p hoc q charitas intendit
in subiecto: ita q subiectū magis ac magis
charitatē pticipat: sm q magis reducit in
actū illius et illi magis subdit: nō tñ intel/
ligendū est q in quolibet actu charitatis
ipa charitas augeat: sed qlibet actus cha
ritatis disponit ad augmentū charitatis:
inquātū ex vno actu charitatis pnior red
dit ad agendū sm charitatē: et sic abilita/
te crescēte prumpit in actū feruentiorē di/
lectionis quo conet ad charitatis pfectio/
nem: et tunc charitas auget in actu: et huic
quidē augmēto charitatis nullus termin⁹
imponi pōt in statu vie: tū qz charitas sm
rōnē ppie speciei terminū augmēti nō ha/
bet: eo q est pticipatio quedā infinite cha/
ritatis q est spūssancti: tū etiā qz cā agens
charitatē est infinite virtutis. s. deus: tum
deniqz qz crescēte charitate semp in subie/
cto supercrescit abilitas ad vlterius pceden
dum vel augmentandū: capacitas eni cre/
ature rōnalis p charitatē auget: qz p ipam
cor dilatat: iuxta illud. ij. Cor. vj. Cor no/
strū dilatatū est: et ideo semp remanet abi/
litas ad maius augmentū. Ad lau.

De obiecto charitatis scz sūmo bono: et de mercātia amoris: ac de quattuor que sunt p ordinē ex charitate diligēda: Sermo XVII

Honora patrē tuū etc. Iā ordine debito videndū est
de obiecto ipius charitatis: de q pmo que/
ri pōt: vtrū summa bonitas sit pma rō dil/
gendi omē illud qd ex charitate diligit: ac
p osequēs obiectū formale ipi⁹ charitatis:
psertim cū sic se habet ens ad cognitionē:
ita bonū ad dilectionē: sed pma rō cogno/
maioris pctī. Secundo mō rōne maioris cō
iūctionis ⁊ sic magis diligit̄ beneficiat⁹: qđ
pħs. ix. Ethic. ꝓbat quattuor rōnib⁹. Pri/
mo qꝛ bn̄ficiatus est q̄si q̄ddā op⁹ bn̄facto/
ris: naturale autē est alicui vt diligat opus
suū. Secundo qꝛ vnusq̄sq̄ꝫ naturalit̄ diligit
id in quo respicit suum bonū: vn̄ benefactor
in beneficiato respicit suū bonū honestum:
sicut beneficiatus in benefactore suū bonū
vtile: bonū autē honestū delectabilius cor/

considerat̃ q̃ȝ bonū vtile: qꝛ diuturni⁹ est ⁊
magis cū delectatione recolit̃ Tertio qꝛ ad
amātem ptinet agere: vult em̃ ⁊ operat̃ bo/
nū amato: ad amatū aūt ptinet pati. Quar
to qꝛ difficilius est beneficia impēdere q̃ȝ re
cipere: ea vero in q̄b⁹ magis laboꝛam⁹ magl
diligimus: q̄ vero de facili nobis ꝓueniunt
q̄ðammō cōtēnim⁹: vñ ex oib⁹ ꝯcludit̃: ꝙ li
cet amoꝛ bñficiati ad benefactoꝛē est magis
debit⁹: tñ amoꝛ benefactoꝛis ad beneficiatū
est magis spōtane⁹. Sexto q̄ri pōt vtrū te
neat̃ q̄s inimicos diligere: tā q̄ ad affectū q̃ȝ
q̄ ad effectuȝ: p̄sertim cū dꝛ Leuit. xix. Dili
ges amicū sicut temetip̄m: sup q̄ dic̃ Aug⁹.
ꝙ nomīe amici ītelligit̃ oīs hō: ⁊ dñs ī euā/
gelio q̄ nihil manifestius: diligite inimicos
vr̃os: benefacite his q̄ oderunt vos ⁊ oꝛate
ꝓ ⁊c̃. Ad hoc rñdȝ Bonauē. sup. iij. di. xxx.
ꝙ nūq̃ȝ est vera charitas nisi affectu diligat
omne diligibile: diligibile aūt a charitate ē
omne illð qð est possibile ad beatitudinē p/
uenire: ⁊ ideo nō hȝ aliq̄s charitatē nisi di/
ligat oms̄ illos q̄ sunt in statu vie: siue sint
amici siue inimici: dꝛ em̃ in ps̄. Latū māda/
tū tuū nimis: qꝛ mādatū charitatis ad oēs
se extēdit: ⁊ sicut lōgitudo mādati se extēdit
ad oēm dr̃tiā tp̄is: sic latitudo ad oēm pso/
nā homīs viatoꝛis: ⁊ ideo sicut nō haberet
charitatē q̄ ꝓponeret vno tm̄ die peccare ⁊ ī
alijs bñfacere: eo ꝙ sibi deficit lōgitudo mā
dati: sic oēs homīes diligēs p̄ter vnū soluȝ
charitatē nō hȝ: qꝛ sibi deficit latitudo man
dati. Est tñ duplex affect⁹ amoꝛis: q̄dā ē eli
cit⁹ a charitate q̄ scȝ optat q̄s alteri summū
bonū seu et̃nā beatitudinē: ⁊ h̄ affectu oēs
tenent̃ inimicos ēt actu inimicātes diliger̃
⁊ eis vitā et̃nā optare. Alius affect⁹ ē impe
rat⁹ a charitate: q̄ scȝ optat q̄s alteri bonuȝ
tp̄ale ⁊ ꝓsp̄itatē trāsitoꝛiā: ⁊ h̄ affectū nō oēs
tenent̃ diligere: ẜ suffic̃ nō odisse ⁊ de ei⁹ ma
lo nō gaudere: nisi inq̃ȝtū malū pene ꝓficit
ad salutē aīe: vñ talit̃ illū diligere eēt p̄fecti
onis ⁊ superogatiōis: sic̃ diligere p̄mo mō ē
nc̄citatis ad quā tā p̄fecti q̃ȝ ip̄fecti sūt obli
gati: ⁊ sicut mādatū istð de dilectiōe ꝓximi
intelligit̃ q̃ȝtū ad affectū: sic ēt q̃ȝtū ad effe/
ctū. Pro quo sciēdū ꝙ q̄s aliū diligere po
test effectu exterioꝛi duplr̃. Primo q̄ñcūq̃ȝ
se offert tp̄is opoꝛtunitas. Secūdo q̄ñ soluȝ
īcūbit nc̄citas. Si loq̄mur ergo de speciali
exhibitiōe op̄is exterioꝛis generalit̃ q̄ñ se of
fert tp̄is opoꝛtunitas: sic diligere inimicos
effectu cumulus est p̄fectionis nō p̄ceptū ne
cessarie obligatiōis: licet q̃ȝtū ad effect⁹ ī ge/
nerali q̄ scȝ cōmunit̃ alijs īpedūt̃ ex p̄cepto
tenent̃ etiā inimicos diligere: vt dicit ibidē
Rich. vt cū oꝛat ꝓ ꝓp̃lo ī generali: vl̃ p̄dicat
ī cōmuni: vl̃ elemosynas dat in cōmuni: aut
salutatiōes nō negare vl̃ similia: q̄ cōit̃ om/
nibus impēdunt̃ nisi in casu in q̄ timeret ex
hoc inimicū magis ꝓuocari vl̃ aliqð aliud
malū oꝛiri. Si vero loq̄mur de exhibitione
op̄is q̄ñ nc̄citas īcūbit: tūc inimicos effectu
diligere est generalis ⁊ necessarie obligatio
nis. Uñ dicit̃. j. Joh. iiij. Qui habuerit sb/
stantiā huius mūdi ⁊ viderit fratrē suū ne/
cessitatē patiētē ⁊ clauserit viscera sua ab eo
quō charitas dei manet in eo. Preterea
ẜm Rich. ibidē: omnes tenēt̃ ad nō faciēdū
inimicis malū effectū: q̃ȝuis licitū sit quan/
doq̃ȝ eis inferre tp̄alia grauamīa siue in coꝛ
poꝛe siue in possessiōe oꝛdinata ad animarū
eoꝝ vl̃ reipublice vtilitatē: h̄ tñ nō est licitū
cuilibet facere: ẜ tātūmodo ꝯcessuȝ est illi q̄
hoc facit: vt minister legis q̄ nec hoc facere
debet ex liuoꝛe vīdicte sȝ ȝelo iusticie ⁊ amo
re vtilitatis publice ⁊ sic faciens nō facit vt
inimicus sed vt amatoꝛ iusticie. Septimo
queri pōt vtrū mal⁹ sit meritū diligere ami/
cū vl̃ inimicū: p̄sertim cū dicit̃ Matt. v. Si
diligitis illos q̄ vos diligūt quā mercedem
habebitis: glo. nullā in celo. Cōstat autē ꝙ
diligere inimicos ē de supadditis a dño in
euāgelio: sȝ dñs nō supaddit nisi ea que sūt
p̄fectiōis maioꝛis. Nimirū cuȝ ibi sit maioꝛ
pugna ⁊ p ꝯsequēs glorioſioꝛ victoꝛia. Ad
hoc rñdet Richar. sup. iij. di. xxx. ꝙ ad vidē
dū q̄s hoꝝ actuū sit magis meritoꝛi⁹: respi/
ciendū est ad quattuoꝛ: scȝ ad formā q̄ ē cha
ritas: ⁊ ad conatū volūtatis ipsius diligen/
tis: ⁊ ad ꝯueniētiā ip̄ius obiecti: ⁊ ad rela/
tionē in finē Si em̃ vnus actus aliū excedit
in aliquo istoꝝ ⁊ sunt pares in alijs tribus:
ille qui excedit est magis meritoꝛius: vnde
si duo act⁹ sunt ex equali charitate: ⁊ ex eq̄li
voluntatl̃ conatu: ⁊ respectu obiectoꝝ eque
cōuenientiū: ⁊ vnus referat̃ nobilioꝛi mo/
do in vltimū finem q̃ȝ alius: vtpote qꝛ vnus
refertur magis īmediate q̃ȝ ali⁹: ille qui no/
bilioꝛi modo refertur in finē est magis me/
ritoꝛi⁹: ⁊ simili modo dici potest de qualibȝ
aliarū cōditionū alijs manētibus paribus:
ꝙ si vterq̃ȝ actus diligendi: scȝ tā amicuȝ q̃ȝ
inimicū ex eodē habitu charitatis procedit
⁊ ex equali conatu voluntatis ac eque nobi
li mō referat̃ in finē vltimū: tūc ille ē magis
meritoꝛi⁹ q̄ ē respectu amici: qꝛ amic⁹ ē obie
ctū ꝯueniētius dilectiōis q̃ȝ inimic⁹. Si etiā

pcedit ex equali conatu voluntatis: tunc intensior est q ille qui est respectu inimici: qr ad diligendu inimicu no sic iuuat dili/gens a naturali inclinatione nec a passioe sicut iuuat ad diligedu amicu: veruntame qn actus diligendi amicu no e eo intetior: tunc semp actus diligendi inimicu ex ma/iori conatu voluntatis pcedit et est magis meritorius. Deniqz scdm Bonauen. ibide si habitus charitatis vnius tm habilitat ad diligendu amicu: habitus aut alterius se extedit etia vsqz ad inimicos: tunc absqz dubio multomagis et excelletius est dilige re inimicu q amicu: et multo pfectiori ha/bitu indigemus ad hoc q possimus exire in actu istu q in alter: quod ostedit Aug. in enchiridion di. Magnu est erga eu q ti/bi nihil mali fecit esse beneficu et beniuo/lu: illud vero multo grandius et magnifi/centissime bonitatis est vt tuuz qz diligas inimicu: deniqz si actus illi ex eade chari/tate pcedut tunc sut equal' meriti respectu pmij essentialis: respectu vero pmij accide talis scdm opinione phabiliore simplicit loquedo dilectio inimicor videt esse excel lentior: quia in ea magis exercitat pfectio charitatis. Ad laude dei.

De dilectioe pximi vera iusta sacta: et de septuplici affectu amo/ris erga pximos: Ser. XXI

b Onora parte tuu:

Uiso vtcunqz de ordine diligen/di pximu: ita de modo breuit pse quamur. De primo qri pot vtr aliq actu ex charitate diligit pximus quo no diligi tur deus: psertim cu dic Aug. viij. de tri. q charitas no est nisi amor boni: cu g pxi/mus sit bonu aliud a summo bono pot ali quo charitatis actu diligi quo no diligit summu bonu: qr forte ptunc actu de sumo bono no cogitamus. Ad hoc rndet Rich. sup. iij. di. xxvij. q nullo actu charitatis di ligit pximus q no diligit de9 explicite vl implicite: nullus em actus elicit ab habi/tu nisi in virtute sui principal' et formal' ob iecti: qr sicut scda mouetia non mouet nisi in virtute pmi mouetis: sic inferiora obie/cta no mouet nisi in virtute obiector pmo ru et formaliu: pmu aut et formale obiectu charitatis est deus sub rone q est sumu bo nu: in quo solo plene plene volutas benefi ciari pot: et ideo quicquid volutas diligit ex charitate diligit in virtute summi boni: no tm mouetis p modu cause efficietis sed etia p modu finis et obiecti: explicite qui/de cu de ipo actu cogitamus: implicite ve/ro cu ex charitate diligedo pximu no nisi iplicite de deo cogitam9: scz cogitando de de aliquo honesto bono: pter qd ad dili/gendu pximu ex charitate mouemur: cuz em voluntas mouet in illud qd est ad fine pter fine tuc vno actu mouet in vtrumqz: ideoqz quocunqz actu charitatis diligitur pximus illo eode diligit deus iplicite vel explicite: nec pot ex charitate diligi prim9 nisi in ordine ad deu. Hinc sup illud Ro. xiij. Qui diligit pximu lege ipleuit: dicit glo. pximus sine deo diligi no potest: et ita q sancte et spiritualit diligit pximuz qd in eo diligit nisi deu. Secdo queri pot vtru pceptu Matth. xxij. de dilectioe pximi da tu sit couenient traditu q dicit. Diliges p ximu tuu sicut teipm: psertim cu fm phm ix. Ethic. amicabilia q sunt ad alter veni/unt ex amicabilibus q sunt ad seipm: ex q videtur q dilectio suipius sit dilectionis pximi principiu: sed principiu potius e eo qd est ex pncipio. Ad hoc rndet Tho. scda 2e. q. xxiiij. q hoc pceptu ouenient tradit: qr in eo tangit et ratio diligedi et dilectiois modus: ratio quide diligedi tangit in eo q pximus nominat: pter hoc eni ex cha ritate debemus alios diligere: qr sunt no/bis pximi ta fm naturalez dei imagine q fm eterne glie capacitate: nec refert vtruz dicat pximus vl frater: vt habet. j. Joh. iiij. vl amic9: vt habet Leuit. xix. qr p ola hec eade affinitas designat: ois em ho ce/setur pximus frater vl amicus. Mod9 ve/ro dilectionis tangit cu dicit sicut teipm: qd no est intelligendu qtu ad hoc q aliqs pximu equalit sibi diligat: sz similit sibi: et hoc triplicit. Primo quide ex pte ronis dilectiois: vt. s. no diligat aliqs pximum pter ppria vtilitate vl delectatione: fz ea ratioe q velit pximo bonu sic sibiipi vult bonu: vt sic dilectio pximi sit vera: na cuz qs diligit pximu pter ppria vtilitate vel delectatione: tuc no vere diligit pximu sz seipm: est em de natura veri amoris q ho/mo velit ei bonu que amat et sic diligit euz sicut seipm: exempli gratia: cu homo natu raliter diligit seipm: motus ipius amoris in duo tendit: primo in seipm cui vult bo/nu: scdo in bonu qd optat sibiipi: et quis vtruqz dicat amare: tn amore vero diligit

seip̄m cui bonū illud optat: ac illud bonuz q̄si p accidēs amare cōprobaᷣ ꝛ abusiue. s. ꝓpter vsū ꝓpriū: ꝛ sic nō vero amore diligit illud: sed ꝓprie diligit in illo seipsum amore vero: porro sic̄ exteriora cetera sumere pōt hoc in vsum suū: sic ꝛ homīes q̄s si diligit q2 sunt vtiles sibi vl' delectabiles manifeste patet ꝙ eos nō amore vero diligit sicut seip̄m sed sicut vinū ꝛ similia: ꝛ h̄ dicitᷣ de pe. di. ij. c. ꝓximos diligimus sic̄ nos: si nō propᷣ aliquas vtilitates nostras nō ꝓpter spernēda beneficia: nō ꝓpter affinitates vl' ꝯsanguinitates: sed ꝓpter h̄ tātū: quia sunt nr̄e nature ꝑticipes diligamꝰ hoc ibi. Secūdo vero ex ꝑte regule dilectionis: scȝ vt nō ꝯdescēdat ꝓximo in aliquo malo ſȝ solū in bonis: sic̄ ꝛ sue volūtati satisfacere debet solū in bonis: vt sic dilectio ꝓximi sit iusta. Pro quo sciendum ꝙ iusticia hoc de iure requirit: vt mīori bono maius: ꝛ maiori maximū p̄ponatᷣ. Tria igitur sunt in nobis gradata bona: sup̄mum est anima: mediū est corpus: infimū est terrena substantia: quē gradatū amorē naturalitᷣ insitū habet oīs homo vt minus diligat terrenā substantiā q̄ȝ ꝓpriū corpus: et corpus q̄ȝ animā: licet q̄dā repianᷣ adeo obcecati ꝙ hūc dilectiōis ordinē in se peruertūt: ꝓpter corpus cōtēnentes animā: ꝛ corpus periculis exponētes ꝓpter terrenā substantiā: in q̄bus manifeste patet ꝙ ad semetip̄os iustus ordo dilectiōis nequaq̄ȝ esse pōt: sed potius odiūt semetip̄os: iuxta illud ps̄. Qui diligit iniq̄tatē odit animā suā: q̄squis ergo iusto ordīe se diligit: ꝓximū sicut seip̄m diligere debet: vt p2io ꝛ p̄ncipaliter optet sibi bona spiritualia: secundo corporalia: ꝛ tertio tēporalia. In his tn̄ tribus gradibus semꝑ seip̄m ꝓximo suo p̄ponere debet: vt in dicto p̄cepto datᷣ intelligi. Diliges ꝓximū tuū sicut teip̄m. Pensent ergo parētes ꝛ ꝓpinqui qualitᷣ suos filios diligant sicut seip̄os q̄s in iustis bonis ditare festināt: quos ꝑ simoniā ad p̄bendas vl' religiones ꝓmouēt: q̄s filiabꝰ vsurarioꝝ: raptoꝝ ꝛ filiū ꝑ mā̄mona iniq̄tatis iungūt: q̄ ergo tā in se q̄ȝ in ꝓxīo temporalia corporalibꝰ ꝛ corporalia sp̄ūalibus anteponūt: nec se nec ꝓximuȝ amore iusto diligūt. Tertio deniq̄ȝ ex ꝑte finis: vt scilicet aliq̄s ꝓximū diligat ꝓpter deū sicut et seip̄m ꝓpter deū diligere debet: vt sic dilectio ꝓximi sit sancta. Pro quo sciendū ꝙ illud sanctū esse dicitᷣ q̄d ad dei gl'iam ordinatᷣ: sicut altare dicitᷣ sanctū eo ꝙ est deo dedicatū ꝛ sic de alijs. Sic amor sanctꝰ dicitur qn̄ deo sanctificatᷣ: hoc est qn̄ in ipsū vt in summū bonū pure refertᷣ: cū eñ deus fons est omniū bonoꝝ: ad ip̄m diligenduȝ tanq̄ȝ ad cōmune bonū naturalitᷣ quilibet inclinatᷣ: sicut fluuij egredientes a mari ad mare reuertuntᷣ: quodā etiā instinctu naturali cōmune bonū ꝑticulari p̄fertᷣ: ꝛ vnaqueq̄ȝ ꝑs ad bonū totius naturalitᷣ ordīatur ꝛ inclinatᷣ: hinc manus ꝑcussionibꝰ exponuntᷣ: vt cor ꝛ caput a periculis ꝯseruētur: cū ex eis humani corporis vita dependeat: sic naturali quodā īstinctu quilibet semetip̄m ordinat in deū sicut in beatitudinis fontē: sicut ꝑs in bonū totius naturaliter ordinatᷣ: ꝑficitᷣ aūt hoc charitatis virtute qua diligit homo seip̄m ꝓpter deum: p̄cipit igitᷣ deus diligere ꝓximū sic̄ seip̄m id ē salutē anime sui ꝓximi querere ac ad deū illū dirigere sicut seip̄m ad deū dirigere debet: ad quē naturalitᷣ inclinatᷣ: ꝛ hic amor ꝓprie dicitᷣ sanctus. Est eñ amor naturalis inter sanguine iūctos: cū se diligūt eo ꝙ ex eisdē parentibꝰ geniti sunt: ſȝ non est amor sanctus nec ad salutem sufficiēs. Est ꝛ amor ciuilis sicut inter illos q̄ ꝓpter hoc se diligunt q2 sunt eiusdē ciuitatis municipes: vl' sub eodē p̄ncipe: ac eisdē legibꝰ gubernātᷣ: vl' si sunt eiusdē negotij: officij: studij: mutue societatis: ꝯuersationis ꝛ sic de alijs ex q̄bꝰ ꝯtrahitᷣ amor amicitie: ꝛ huiusmodi dilectiōes duas p̄mas ꝯditiones cōprehendere ꝑnt: vt scȝ sint veri ꝛ iusti amores: sed nō tertiū: q2 nō semꝑ ordinantᷣ in deū. Ad maiorē aūt euidentiā sciendū ꝙ ad p̄ceptū de dilectiōe ꝓximi implendū affectu septiformi se quis erga ꝓximū exercere debet. Primus est affectus pie cōpassionis in aduersis: quo scȝ mēs alioꝝ mala sentiat sic̄ sua: ꝛ hoc p̄ncipalitᷣ in sp̄ūalibus malis tā pene q̄ȝ culpe: deinde in corporalibꝰ ꝛ tēporalibꝰ afflictionibꝰ ꝛ iacturis: sicut ap'ls q̄ de se dic̄. ij. Coꝝ. xj. Quis infirmatᷣ ꝛ ego nō infirmor: q̄s scādalizatᷣ ꝛ ego nō vror: hāc aūt cōpassionem lachrymatus est iesus. Luc̄. xix. Qui vidēs ciuitatē hierl'm fleuit suꝑ illā dicēs: Si cognouisses ꝛc̄. p̄uidit eñ iacturā tā animaꝝ q̄ȝ corpoꝝ q̄ȝ etiā reꝝ. Nec mirū cuȝ de lege nature si quid patitur vnū mēbrū cōpatiuntᷣ ei omnia mēbra: vt dicit ap'lus. j. Coꝝ. xij. Secūdus aūt est affectus ꝯgratulatiōis in ꝓspe ris: q̄. s. q̄s de alieno bono letatᷣ sic̄ de suo

Anima
corpus
Sba

bona

Spiritualia
Corporalia
temporalia

siue sit de pfactu spūali: corpali vl tēporali: iuxta illud Ro. xij. Gaudete cū gaudētibus: ⁊ qꝛ vt dꝛ. Matt. xij. bonus homo de bono thesauro cordis sui pfert bona: ideo oportunitate se offerente affectū cordialis ꝯgratulationis etiā ostēdit verbis sicut fecit Moyses Numeri. xj. cū Josue ferret egre qꝛ Heldad ⁊ Medad ī ppło pphetarēt: qđ inquit emularis pro me: qs mihi tribuet vt oīs pplus pphetet ⁊ det eis spūm suū deus: de quo etiā ponit exēplū aplus. j. Cor. xiiij. Si gloriat inqt vnū mēbrū ꝯgaudet ei omnia mēbra. Sumus enī inuicē mēbra ī mystico corpe christi: vt dicit Ephes. iiij. Tertius vero est affectus trāquille supportationis: nā difficillimū est in humana ꝯuersatione nō oriri scādala: tū ex fragilitate: tū ex ignorātia: tū ēt ex malitia q̄ ī phti seculo regnāt: ille igit cōmēdād⁹ ē q̄ alioꝝ nō solū ipfectōes s; ēt iuectiōes magnanimo ⁊ tranqllo corđ sufferre nouit: cū h tāti sit meriti ⁊ virtutis vt in eo pēdeāt oēs leges ⁊ pphete: iuxta illud Galath. vj. Alter alterius onera portate ⁊ sic adimplebitis legem christi: ⁊ hoc fit principalit cū corde ore ⁊ ope. Hec tria dimittit ⁊ ꝯdonat. Primo graues iniurias exēplo christi p cruci fixorib⁹ orātis in cruce: pater inqt dimitte eis qꝛ nesciūt qđ faciūt: qđ exemplū aplus imitādū pponit Ephes. iiij. dicēs: Estote inuicē benigni: misericordes: donātes inuicē sicut deus in christo donauit nob. Secundo magnas infamias: sicut ⁊ christ⁹ infamatus est dū diceret insanus blasphemus: publicanoꝝ amic⁹: demoniacus seductor: ppli: potator vini ⁊c. q̄ tū affectu cordiali cūcta remisit ⁊ nos remittere docuit dū in oratiōe dñica subiūxit: dimitte nobis debita ⁊c. Tertio magna reꝝ dispēdia: sic aplus ad quosdā dicit Hebreo. x. Rapinā bonoꝝ vroꝝ cū gaudio suscepistis exēplo christi qui vestibus spoliat⁹ nudus in cruce pepēdit. Quartus pinde est affect⁹ benigne ꝯuersatiōis: nō reddēdū malū p malo: sed in bono malū vincēdo: corde: ore et opere: sic expresse p̄cepit dñs Luc. vj. Diligite inimicos vestros. s. corde: benefacite his q̄ oderunt vos: sc; opere: ⁊ orate p psequtoribus ⁊ calūniantibus vos. s. ore: est em̄ benignitas quidā animi dulcor excludēs omnē nequitiā: habilitās hominē ad internā leticiā ⁊ ad beniuolētiā: in exteriori q; ꝯuersatione reddēs hominē affabilē ⁊ benignū. Dicūt aūt benigni quos bon⁹ amoris ignis ad benefaciendū pximis etiam aduersarijs feruere facit. Quintus itaq; est affectus humilis honoratiōis: quo scilicet omnes reueretur ⁊ honorat: omnes sibi prefert: omnib⁹ tanq̄ dominis suis humili corde se subdit: scđm illđ. j. Petri. ij. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Et iterum ad Romanos. xij. Honorē inuicem preuenientes: sed quia de hoc honore prestando tactū est supra in primo sermone precepti huius: ideo breuitati consulēs psequi pretermitto. Sextus autē est affectus cordialis vnionis: vt sc; homo q̄tuꝫ in se est: ⁊ q̄tum scđm deū pōt cū alijs vnū se sentiat ac omniū rectū velle p suo reputet: ⁊ huius vnitatis cordialis affectus ex tribus in anima generat ⁊ cōseruat. Primo ex humilitate q̄ sc; pximo s̄m deum in omnibus ꝯdescēdit: honorē ⁊ gratitudie; ⁊ qđlibet humilitatis obsequiū gratanter impendit: vñ tā in ꝯdonādis iniurijs q̄ in supportādis miserijs ⁊ defectib⁹ se pmptū exhibet: eo qꝛ se lōge viliorē ⁊ talib⁹ dignissimū reputat. Ad que nos aplus ad Ro. xij. hortat dicens: Nō alta sapiētes s; humilibus ꝯsentiētes. Secūdo vero ex puritate: psertim illa de qua dicitur Matt. v. Beati mūdo corde ⁊c. Hij sunt em̄ mundi corde q̄ simplici oculo ⁊ puro corde in deū intendētes: inter īmunda mūdi mundum habētes aspectū pximū in dño dumtaxat chari⁹ amplectunt: de h oculo dicit in cāticis: vulnerasti cor meū soror: mea spōsa: sequit in vno oculoꝝ tuoꝝ. Tertio pinde ex ipa charitate: charitas em̄ q̄ liqt humana corda cū in cor homīs fuerit diffusa diuinitus: illudq; humile ac purū inuenerit oīa alioꝝ bona in se trāsformat ⁊ sua facit: solū nanq; liqdū est qđ omni forme ꝯgruit qđ optime amatoris cordi ꝯuenit. Factū ē inqt cor meū sicut cera liquescens. Ex his autē tribus vt dicit Act. iiij. Multitudis credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna in domino: qꝛ hūilitas eos euacuauerat sēsu ppꝛio: puritas eos mūdauerat mūdano cōtagio: ⁊ charitas p trāsformationē collocauerat in vno amorosi cordis glutino. Septimus deniq; est affect⁹ christiformis oblatiōis ⁊ passiōis p oībus: vt. s. exēplo iesu christi parat⁹ inueniat p oīb⁹ ⁊ singlīoꝝ salute ponere aīaꝫ suā: qꝛ vt dicit Joh. xv. Maiorē hāc dilectionē nemo h; vt aīaꝫ suam pōat qs p amicis suis: tūc em̄ vere diligit pxim suū sic seipm: tradēs ppriā vitā

vt lucref illius animã :ad qȯ nos hortaf exemplo christi Joh. in prima canonica. c. iij. dicẽs: In hoc cognouim⁹ charitatẽ dei: qm̄ ille ꝑ nobis animã suam posuit ⁊ nos debem⁹ aīas ꝑ fratrib⁹ ponere. Ad laudẽ.

De actibus interiorib⁹ charitatis qui sũt dilectio: gaudiũ: misericordia: pax: ⁊ de dr̄na amoris amicitie ⁊ ꝯcupiscẽtie: Ser. XXII

Onora patre tuũ.

b Jam ordine ꝯgruo videndũ ẽ de actibus charitatis tã interiorib⁹ q̃ exteriorib⁹. Ntũ igif ad actus interiores.

A Primo q̃ri pōt vtrũ p̄ncipalior act⁹ charitatis sit diligere amore amicitie vl' cõcupiscẽtie: p̄sertim cũ actus ille quo de⁹ diligif: vt obiectũ beatitudinis est act⁹ principalissimus charitatis: q2 sub tali ratiōe est obiectũ charitatis: sed sic diligere deuз est velle ip̄m habere qȯ ẽ ip̄m amare amore ꝯcupiscẽtie. Cũ eñ ex charitate volo deum mihi: diligo me amore amicitie ⁊ deuз amore ꝯcupiscẽtie: sed certũ est ꝙ iste act⁹ est p̄ncipalior inq̃tũ ferf in deũ q̃ȝ inq̃tuз reflectif i seipsum. Ad hoc rñdet Richar. sup. iij. di. xxvij. ꝙ amor amicitie ⁊ ꝯcupiscentie dupliciř cõparari possunt. Primo inq̃tũ sunt respectu eiusdem amati ⁊ tunc amor amicitie semp nobilior est ceteris paribus: sicut eñ nobilior ratio naturaľ entitatis est existere in se q̃ȝ in alia: vt patet in substantia ⁊ accidẽte: sic rō nobilior essendi bonũ est esse bonũ scđm se q̃ esse bonum alterius: bonũ aũt qȯ amaf amore amicitie: aut amaf q2 bonũ ꝼm se: aut vt sit bonũ scđm se: q2 amãs amore tali vult amato vl' bonũ qȯ iã habз vl' qȯ adhuc nõ habз. Amore vero cõcupiscẽtie bonũ amaf ad h̃ vt sit bonũ ip̄ius amãt' vl' alteri⁹ cui amãs bonũ illud ꝯcupiscit. Secũdo vero inq̃tũ sũt respectu diuersoꝝ amatoꝝ: ⁊ tũc amor ille amicitie ⁊ ꝯcupiscẽtie pñt esse idẽ act⁹ scđm rem: vt cũ volo deũ mihi: deum amo amore ꝯcupiscẽtie: ⁊ me amore amicitie: et tñ idẽ actus est: possũt e. iã esse actus differẽtes ꝼm rẽ: ⁊ sic cõparãdo vnũ amorẽ ad aliũ possibile est amorẽ ꝯcupiscẽtie nobiliorẽ esse q̃ amorẽ amicitie ꝓpter maiorẽ nobilitatẽ amati: ꝟ q2 ꝑ charitatẽ amor cõcupiscentie respectu nobilissimi amati qȯ est deus ordinaf sic̃ ad finẽ ad amorem amicitie: nã qui ex charitate vult frui deo qȯ est ip̄m amare amore ꝯcupiscẽtie: h̃ ideo vult vt de⁹ honoref ⁊ glorificef in se qȯ est ip̄m amare amore amicitie: q2 sic amãs deo vult p̄ncipaliř gloriã ⁊ honorẽ: ideo simpliciř loquẽdo amor amicitie nobilior est: ⁊ charitatis p̄ncipalior actus. Dicendũ igif ꝙ deũ diligere vt beatitudinis obiectũ ĩtelligi pōt dupliciř. Vno modo sic ꝙ diligẽs ad hoc ip̄m diligat: vt suã ꝑfectionẽ ꝑ ip̄m ꝯsequaf: ⁊ sic deũ diligere nõ est p̄ncipalissimus actus charitatis: nec sub ista rõne ẽ obiectũ p̄ncipale charitat'. Alio modo sic ꝙ diligaf: quia in ip̄o sunt oẽs ꝑfectiones simpliciř qȯ requirif ad h̃ vt aliq̃d sit ꝑfecte beatitudinis obiectũ: ⁊ sic diligere deum est p̄ncipalissimus actus charitatis: et est dilectio amicitie: q2 sic diligẽs p̄ncipaliũs vult deũ habere oẽs ꝑfectiones q̃s habet q̃ velit aliq̃d aliud. Ex his igif patз ꝙ deus ex charitate diligif ꝓprie amore amicitie qȯ est ip̄m diligere ꝓpter seip̄m ⁊ nõ ꝓpter aliquid aliud. Ad cuius euidẽtiã dic̃ Tho. scđa. 2e. q. xxvij. ꝙ ꝼm quattuor genera causaꝝ pōt aliquid diligi nõ ꝓpter se ꝟ ꝓpter aliud. Primo scđm gen⁹ cause finalis sicut diligimus medicinã ꝓpter sanitatẽ: sed sic ex charitate nõ diligimus deũ ꝓpter aliud: q2 nõ ordinaf ad aliud sic̃ ad finẽ: sed ꝓpter seip̄m: q2 ip̄e est finis vltim⁹ omniũ. Secũdo scđm genus cause formaľ sicut diligim⁹ hominez ꝓpter virtutẽ: quia scз virtute formaliř bonus est ⁊ ꝑ ꝯsequẽs diligibilis: sed sic nõ diligimus deũ: q2 nõ informaf aliquo alio ad h̃ ꝙ sit bon⁹: sed eius substantia sua bonitas est: ꝼm quã exemplariř oĩa bona sunt. Tertio scđm gen⁹ cause efficiẽtis: sicut diligim⁹ aliq̃s inq̃tũ sunt filij talis patris: ⁊ sic etiã nõ diligim⁹ deũ: q2 bonitas ei nõ inest ab altero sз ĩest omnibus alijs ab ip̄o. Quarto scđз dispositionẽ q̃ reducif ad genus cause materialis: dicimur aliq̃d diligere ꝓpter illud qȯ nos disposuit ad eius dilectionẽ: vt ꝓpter aliqua beneficia suscepta: q̃uis postea q̃ iã amare incipim⁹ nõ ꝓpter illa beneficia amemus amicũ ꝟ ꝓpter eius virtutẽ: ⁊ sic̃ deus diligi pōt ꝓpter aliud: q2 scз ex aliq̃bus alijs disponimur ad hoc ꝙ in dei dilectionẽ ꝓficiamus: vt ꝑ beneficia ab eo susceptaa: vl' ꝑ premia sperata: vl' ꝑ penas q̃s ꝑ ip̄m vitare intẽdimus.

b Secũdo p̄ncipaliter queri pōt de interioribus effectib⁹ cõsequentibus principalẽ actum charitatis

Tres interiores effectus charitatis: Gaudium, Misericordia, pax

qui est dilectio: ⁊ sunt p̄ncipaliter tres effe/
ctus. s. gaudiū: misericordia ⁊ pax. Que/
rit igit̄ vtrū gaudiū sit effectus ip̄ius cha
ritatis in nobis: p̄sertim cū ex absentia rei
amate magis tristicia sequit̄ q̄ȝ gaudiū: ſ
deus quē p charitatē diligimus est nobis
absens q̄ȝdiu ī hac vita viuim⁹: q2 q̄ȝdiu su
mus in corpe pegrinamur a dn̄o: vt dicit̄
ij. Cor. v. Ad hoc rn̄det Tho. scd̄a 2ᵉ. q.
xxviij. q̄ ex amore pcedit ⁊ gaudiū ⁊ tristi
cia: sed cōtrario mō. Gaudiū enī ex amore
causat̄ vel ppter p̄sentiam boni amati: vel
etiā ppter hoc q̄ ip̄i bono amato pprium
bonū inest ⁊ ɔseruat̄: ⁊ ſm h̄ maxie ptinet
ad amorē beniuolētie vel amicitie ppt̄ quā
aliquis gaudet de amato se pspere gerēte
etiam si sit absens: ecōtrario v̄o sequit̄ ex
amore tristicia vl̄ ppter absentiā amati: vl̄
ppter hoc q̄ amatū cui volum⁹ bonū suo
bono priuat̄: aut aliquo mō dep̄mit̄. Cha/
ritas aūt est amor dei cui⁹ bonū īmutabile
est: q2 ip̄e est summa bonitas: ⁊ ex hoc ipso
qd̄ amat̄ est in amante p nobilissimū suum
effectū: ſm illud. j. Joh. iiij. Qui manet in
charitate in deo manet ⁊ deus ī eo: ⁊ ideo
sp̄ūale gaudiū qd̄ de deo habet̄ ex chari/
tate causat̄: ⁊ licȝ q̄ȝdiu sumus in corpore
pegrinari dicimur a dn̄o q̄ȝtū ad p̄sentiā
clare visionis: tn̄ amātib⁹ se p̄sens ē in hac
vita p gr̄e inhabitatōeȝ: iux̄ illd̄ Joh. xiiij.
Ad eum veniem⁹ ⁊ mansionē apud eū fa/
ciemus. ¶ Or si querit̄ vtrū illud gaudiū
sp̄ūale admixtōeȝ aliquā tristicie recipiat.
Rn̄det ibidem Tho. q̄ ex charitate de deo
duplex causat̄ gaudiū. Unū quidē princi/
pale qd̄ est ppriū charitatis. s. ſm q̄ gaude
mus de bono diuino ſm se cōsiderato: ⁊ ta
le gaudiū est meli⁹: nec patit̄ admixtionē
tristicie: sicut nec illud bonū de quo gau/
det̄ aliquā mali admixtionē habere pōt:
hinc dicit̄ Phil. iiij. Gaudete ī dn̄o semp.
Aliud aūt est gaudiū charitatis quo gau/
det q̄s de bono diuino ſm q̄ pticipat̄ a no
bis: q̄ pticipatio pōt impediri p aliqd̄ con/
trariū: ⁊ ex hac pte pōt h̄re pmixtionē tri/
sticie: put scȝ quis de eo tristat̄: qd̄ diuine
pticipatiōi repugnat: vel in nobis vel etiā
in pximis q̄s tanq̄ȝ nosip̄os diligim⁹: sic̄
ip̄a peccata ⁊ defect⁹ q̄tidiani incolatusq̄ȝ
p̄sentis miserie ac silr̄ia q̄ tristiciā causant:
eo q̄ defectū importāt pticipatiōis summi
boni. Tertio p̄ncipalit̄ q̄ri pōt de miseri/
cordia q̄ silr̄ est interior effectus charitat̄:
vtrū. s. misericordia est virt⁹ aliq̄: p̄sertim
cū nihil qd̄ est virtuti ɔtrariū est laudabi/
le: sed Nemes̄ contrariat̄ miscd̄ie: vt dicit
ph̄us in. ij. Rheto. Nemes̄ enim est passio
laudabilis: vt dicit̄ in. ij. Ethic. ḡ miscd̄ia
nō est virtus. Nimirū cū dicit Salusti⁹: q̄
oēs homīes q̄ de rebus dubijs ɔsultāt: ab
ira ⁊ miscd̄ia vacuos esse decet: nō enī ani/
mus facile verū puidet vbi ista afficiunt:
hec ille. Ad hoc rn̄det Tho. scd̄a 2ᵉ. q. xxx
q̄ misericordia dolorē importat de aliena
miseria: q̄ dolor noīare pōt. Uno mō motū
appetit⁹ sensitiui: ⁊ ſm hoc miscd̄ia passio
est ⁊ nō virtus: imo pōt esse vitiū si nō fue/
rit rōne regulata. Hic auctoritas Salustij
iā posita intelligit̄ de misericordia ſm q̄ ē
passio rōne nō regulata: q2 sic impedit con
siliū rōnis dū facit a iusticia deuiare. Alio
mō nomiare pōt motū appetit⁹ intellectiui
ſm q̄ alicui displicet malū alterius: q̄ mo/
tus esse potest ſm rōnem regulatus: ⁊ pōt
ſm hunc motū rōne regulatū etiā regula/
ri motus inferioris appetitus. Unde dicit
Aug⁹. in. ix. de ciui. dei. q̄ iste motus ani/
mi: scȝ misericordia seruit rōni: qn̄ ita pre/
bet̄ misericordia vt cōseruet̄ iusticia: siue
cum indigēti tribuit̄: siue cū ignoscit̄ peni
tenti: ⁊ q2 ratio virtutis hūane cōsistit in h̄
q̄ animi motus rōne reguleƚ: iō cōsequēs
est misericordiā esse virtutem. Ad obiectū
igit̄ dicendū: q̄ ph̄us de miscd̄ia ⁊ nemesi
loquit̄ q̄ vtraq̄ȝ est passio: ⁊ habēt quidē
cōtrarietatē ex pte estimatiōis quā habent
de malis alienis: q2 de his misericors do/
let inquātū estimat aliquem indigna pati:
nemesiticus autē gaudet inquātū estimat
aliquē digne pati: ⁊ tristat̄ si indignis p/
spere succedit: ⁊ vtrūq̄ȝ laudabile est ⁊ ab
eodem nomīe descēdens: vt ibidem dicit̄.
Unde ex dictis patet: q̄ illa duo pprie nō
contrariant̄: quia diuersis respectib⁹ assu
munt̄: imo verius misericordia virt⁹ mo/
ralis est circa passionē existens: ⁊ reducit̄
ad illā medietatē que dicit̄ nemes̄: que sic
exhibet misericordiā vt tn̄ seruet iusticiā.
¶ Or si querit̄ vtrū misericordia sit maxia
virtutū. Rn̄det ibidē Tho. q̄ miscd̄ia in se
est maxia virtutū: ad misericordiā enī ptī/
net q̄ alijs effundat ⁊ eoꝝ defect⁹ subleuet
sed quo ad habentē nō est maxima virtutū
nisi is qui habet sit maxim⁹: q̄ nullū habet
supra se sic̄ de⁹: de q̄ dicit̄: miseratōes eius
sup oīa opa eius: vtpote cui ppriū est mise
reri: q̄ v̄o sup se aliq̄d hȝ illi maius ⁊ meli⁹
est ɔiūgi supiori q̄ȝ impleri defectū inferio/

ris: et ideo quantum ad hominem qui deum habet superiorem: charitas per quam vnitur deo potior est quam misericordia per quam supplet defectus proximorum: sed inter omnes virtutes que ad proximum pertinent potissima est misericordia: sicut est etiam potioris actus. Hinc dicitur Osee. vj. et Matth. xij. Misericordiam volo et non sacrificium: quia per exteriora sacrificia vel munera deus non colitur propter se sed propter nos et proximos: non enim indiget sacrificijs nostris sed ea que sibi vult offerri propter nostram deuotionem et proximorum vtilitatem: et ideo misericordia que defectibus aliorum subuenit est sacrificium deo magis acceptum: vtpote propinquius inducens vtilitatem proximorum: secundum illud Heb. vlti. Beneficentie et comunionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur deus. ¶ Quarto principaliter queri potest de pace: vtrum scilicet pax sit effectus proprius charitatis: presertim cum dissensio que paci contrariatur possit esse cum charitate. Paulus enim et Barnabas dissensisse leguntur: Act. xv. sic sacri doctores in aliquibus opinionibus dissentiunt. Ad hoc respondet Tho. secunda secunde q. xxix. quod de ratione pacis est duplex vnio que requiritur. Vna est secundum ordinationem propriorum appetituum in vnum. Alia secundum vnionem appetitus proprij cum appetitu alterius: et vtramque vnionem charitas efficit. Pro quo sciendum quod dupliciter contingit cor hominis tendere in diuersa. Vno modo secundum diuersas potentias appetitiuas: sicut appetitus sensitiuus plerumque tendit in contrarium appetitus rationalis: secundum illud Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritum. Alio modo inquantum vna et eadem vis appetitiua tendit in diuersa appetibilia que simul consequi non potest: ex quo necessarium est esse repugnantiam motuum appetitus: vnio vero motuum istorum est de ratione pacis: non enim habet homo pacatum cor etiam si habeat aliquid quod vult quamdiu restat ei aliquid volendum: quod simul habere non potest quam vnionem facit charitas secundum quod deus diligitur ex toto corde: vt. scilicet omnia referamus in ipsum: et sic omnes appetitus nostri in vnum feruntur. Similiter dupliciter contingere potest dissensio diuersorum cordium: vel enim contingit in opinionibus tantum: et illa dissensio non repugnat paci: quia opiniones pertinent ad intellectum qui precedit appetitum qui per pacem vnitur. Similiter etiam dissentire in paruis bonis non repugnat paci viatoris: quia talis dissensio procedit ex diuersitate opinionum: dum vnus estimat hoc de quo est dissensio: pertinere ad bonum illud in quo conueniunt: et alius estimat non pertinere: et secundum hoc talis dissensio de minimis sicut inter Paulum et Barnabam: et de opinionibus sicut inter sacros doctores: licet paci perfecte repugnet que erit tantum in patria: in qua plene veritas cognoscetur et omnis appetitus complebitur: paci tamen imperfecte non repugnat qualis habetur in via. Secundo contingere potest dissensio diuersorum cordium in bonis conferentibus ad vitam et precipue in magnis quorum vnio est de ratione pacis: quam vnionem perficit charitas secundum quod diligimus proximum sicut nosipsos: ex quo contingit quod homo vult implere voluntatem proximi sicut suijpsius: et propter hoc inter amicabilia vnum ponitur idemptitas dilectionis siue electionis: vt patet in. ix. Ethic. Et Tullius in li. de amicitia dicit: Or amicorum est idem velle et nolle. ¶ Quinto queri potest: vtrum omnia pacem appetant: presertim cum dicit Aug. xix. de ci. dei. tale bonum est bonum pacis: vt in rebus creatis nihil gratiosius solet audiri: nihil delectabilius concupisci: nihil vtilius possideri. Et addit ibidem quod omnia pacem appetant: cum tamen contrarium a multis actitari videmus: de quibus ps. dicit: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Ad hoc dicendum duplex est pax. ¶ Quedam est apparens et non vera: et illa conuenit cum concordia: nam concordia est quedam vnio voluntatum diuersorum cordium: quod si malum est in quo concordant: tunc est ibi tantum consensus cordium: non autem consensus appetituum singulorum cordium: et sic non est vera pax impijs sed solum apparens: verbi gratia: cum in actu consentiunt adulterij: vis appetitiua tendit in diuersa appetibilia: que simul assequi non potest: eo quod sensus appetitiuus tendit in contrarium appetitus rationalis. Affectit enim miser fedis delectationibus frui: nec fama pollui: nec vindicta diuina mulctari: nec conscientia remordente cruciari: sed hoc consequi non potest. Secunda pax est vera et aliquid concordie superaddit ac inuenitur tantum in bonis: nam si qui concordant in bono: tunc non est ibi tantum consensus diuersorum cordium: sed etiam consensus appetituum singulorum cordium: et hanc duplicem pacem scilicet dei in vnione appetituum singulorum cordium: quam vt dictum est operatur in nobis charitas dei: et pacem proximi in vnione multorum cordium quam proximi charitas in nobis operatur: commendat dominus discipulis: dicens: Pacem relinquo vobis scilicet proximi: pacem meam etc. et vtramque pacem naturaliter omnes appetunt: nam et omnes bellantes per bella querunt ad aliquam pacem perfectiorem peruenire quam prius habuerant in qua nihil eorum voluntati repugnet: quam pacem solus deus dare potest: nec veraciter inuenitur nisi in eo quod diuine voluntati per omnia counitur.

De actibus exterioribus charitatis qui sunt triplices: scz corporales: spũales ⁊ reales: Ser. XXIII

Onora patrẽ tuũ ⁊c. Expediti de actibus interioribꝰ charitatis. Jam ad ꝓsequẽdum actus exteriores ipsius stilũ cõuertamus: quos vt p̄senti speculatiõi sufficit triplices distinguere possumus: scz corporales: spũales ⁊ reales. Utrum igit̃ ad effectꝰ corporales primo queri põt: vtrũ in quãtalicunqꝫ charitate cõstitutus teneat̃ mortem subire pro christo: p̄sertim cũ dicit̃ .j. Joh. iij. Qm̃ ille animã suam ꝓ nobis posuit ⁊ nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ aĩas ponere: alioquin dicit dñs Luce .ix. Qui me erubuerit ⁊ meos sermones corã hominibꝰ: ⁊ filiꝰ hoĩs erubescet eum cũ venerit in maiestate sua. Ad hoc rñdet Bonauẽ. super .iij. dist. xxx. ꝙ subire mortẽ intentione placẽdi deo cõtingere põt tripliciẗ. Uno mõ qñ adest necessitas vel deserendi iusticiam vel amittendi vitã: ⁊ tũc subire mortẽ est iusticie ⁊ necessitatꝭ. Alio mõ qñ se offert oportunitas manifestãdi diuinã gloriã ⁊ edificandi ecclesiã: ⁊ tũc est pfectionis ⁊ superogationis. Tertio mõ solũ ex hoc ꝙ vitam suã habet exosam: ⁊ hoc est temeritatis et crudelitatis. Uñ Augꝰ. Illos qui semetipsos p̄focant ⁊ p̄cipitio collidũt ꝓpter vite p̄sentis odiũ: dicit esse sceleratissimos ⁊ crudelissimos homicidas: tractans illud Joh. xij. Qui odit animã suã ĩ hoc mũdo: in vitam eternã custodit eã. Cũ ḡ querit̃ vtrum omnes teneant̃ mortẽ subire ꝓ xp̃o dicendũ: ꝙ ꝓ loco ⁊ tempore vbi talis optio dat̃: vel ꝙ iusticia deserat̃: vel ꝙ vita perdat̃: ibi oẽs quãtũcunqꝫ sint impfecti tenent̃ subire mortẽ: ⁊ p̄eligere magis deo dilecto mori q̃ ipo offenso viuere: sed vbi non ĩminet talis necessitas nec talis optio dat̃: sed tm̃ offert se oportunitas manifestandi diuinã gloriã ⁊ edificandi ecclesiã: si quis se tũc morti exponit talẽ mortẽ subire pfectiõis ⁊ superogatiõis est: ad quã nõ oẽs tenent̃: qꝛ citra dictã necessitatẽ positus subterfugere ⁊ seipm̃ occultare potest. Nec ex hoc dicit̃ nomẽ xp̃i erubescere: sed tũc tm̃ qñ timore mortis negat ipm̃ christũ nec illud debitũ de quo Joh. loquit̃ in auctoritate iam dicta semp est debitũ necessitatis ad qd̃ obligamur: sed est debitũ congruitatis ad qd̃ ãmonemur. Secũdo q̃ritur vtrũ habẽtes charitatẽ pfectã teneant̃ ea q̃ sunt pfectiõis adimplere: p̄sertim cũ s̃m Grego. in omel. Crescẽtibus donis rõnes etiã crescũt donoꝝ: ⁊ cui plꝰ cõmittit̃ plus exiget̃ ab eo: cui ḡ cõmittit̃ pfecta charitas: cum deus exigat actũ habitui cõuenientẽ: videt̃ ꝙ ille tenet̃ ad opa pfectionis: ĩmo ne deficiat tenet̃ ꝓficere: cum non sit mediũ inter hec: eo ꝙ in via dei non ꝓgredi regredi est: nec vnq̃ viator in eodẽ statu pmanet: nec videt̃ posse ꝓficere perfecta charitas nisi in operibus pfectionis ⁊ superogationis. Ad hoc respondet Bonauẽ. vbi supra: ꝙ quinqꝫ modis quis genera pfectionis distingui possunt: ⁊ s̃m hoc q̃nqꝫ modis quis obligat̃ ad aliquid. Primũ genus est pfectio iusticie ⁊ sufficientie que consistit in adimpletiõe mandatorũ dei: de q̃ dicit̃ Matth. v. Estote pfecti sicut ⁊ pater vester celestis pfectꝰ est. Et ad hoc mãdatum diuinũ obligant̃ omnes tam pfecti q̃ etiã impfecti. Perfecti tamẽ eo magis obligant̃ de bono ⁊ equo: quo magis bonum pcipiunt: p quod diuinum mandatũ implere possunt. Secũdũ genus est perfectio religionis que cõsistit in obseruantia consilioꝝ dei: de qua dicit̃ Matth. xix. Si vis pfectus esse vade ⁊ vende oĩa ⁊c. ⁊ ad hanc pfectionẽ quis non obligat̃: licꝫ perfectam charitatẽ habeat: nisi votum religionis interueniat. Tertiũ genus est pfectio p̄lationis: que consistit in regimine subditorũ: de qua dicit̃ Luc. vj. Perfectus oĩs erit si sit sicut magister eius: vnde propter officiũ susceptũ quis obligat̃ ad pfectionẽ p̄lationis: al's autẽ nõ. Quartũ genus est pfectio opationis: que consistit in ostẽsione exemploꝝ: de qua dicitur Geñ. ix. Noe vir iustus atqꝫ pfectus in generationibus suis: vnde licꝫ quis non obliget̃ ad aliq̃d simpliciter vel s̃m se: tamẽ ad euitandum scandalũ pusilloꝝum: qd̃ vtiqꝫ graue peccatum est: vt dicit Tho. scd̃a 2e. q. xliij. Quis obligat̃ ad pfectionẽ opationis. Hinc dicẽ aplꝰs .j. Cor. viij. Non manducabo carnẽ ineternũ ne fratrẽ meũ scandalizem. Hinc iterum dicit: Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Quintũ deniqꝫ genus est pfectio trãquillitatis: que cõsistit in cõsummationẽ difficilimoꝝ optimoꝝ: sicut dicit̃ .j. Joh. iiij. ꝙ perfecta charitas foris mittit timorẽ: ⁊ phus dicit: ꝙ perfecta virtus optimoꝝ est optima: ⁊ ad hoc q̃s non

Tres actus exteriores charitatis: corporales / spũales / reales — [handwritten marginal notes, partly illegible]

obligat̄ nisi fm cōsciētie dictamē: p qd̄ obligat̄ ad pfectionē trāquillitatis ꝓpter cōscientie iudiciū: vnde generaliter ad quattuor vltima pfectiōis genera q̄s non obligat̄ in pfecta charitate existēs: quātū ē ex obligatiōe diuini mādati: nisi supinducat̄ aliq̄ noua obligatio ad hmōi genera pfectionū adimplēda. Ad obiectū igit̄ dicēdū: q̄ homo nō tenet̄ sp ꝓficere in charitate: loquēdo de pfectu qui cōsistit in augumēto ⁊ incremento charitatis: q: charitas nō auget̄ in homine cōtinue: sed loquēdo de ꝓfectu qui cōsistit in bonoꝝ operū multiplicatione ⁊ iusticie exercitatiōe: sic tenet̄ quis ꝓficere: qui tamē ꝓfectus charitatis non tm̄ attendit̄ in impletiōe consilioꝝ et operū pfectoꝝum: sed etiā in obseruātiam mandatoꝝ.

B Tertio queri pōt de effectibus exterioribus spūalibus ipius charitatis: ⁊ pmo quo ad ꝓximū vtrum scʒ correctio fraterna sit actus charitatis: p̄sertim cū actus cōtrarij non ptineant ad eandem virtutē: sed supportare peccantē est actus charitatis: fm illud Gal. vj. Alter alterius onera portate: ⁊ sic adimplebitis legē xp̄i que est lex charitatis: sed corrigere supportationi videt̄ esse contrariū. Ad hoc respōdet Tho. scd̄a 2ᵉ. q. xxxiij. q̄ correctio delinquētis ē remediū quoddā qd̄ cōtra peccatū alicuius adhiberi debet. Et q: peccatū alicuius dupliciť ꝯsiderari pōt. s. inquātum est nociuū ei q̄ peccat: vel inquātuʒ vergit etiā in nocumentū alioꝝ q̄ ex eius peccato ledunt̄ vel scandalizant̄: vel etiā inquātū est nocumentū boni cōmunis: cuius iusticia ꝑ peccatū hoīs ꝑturbat̄: ideo duplex est correctio deliquētis. Una que peccato remediū adhibet: inquātū est quoddā malū ipius delinquētis: ⁊ ista est ꝓprie fraterna correctio que ad emēdatiōnē delinquētis ordinat̄: nā remouere malū alicuius ē eiusdem rōnis cuius est bonū eius ꝓcurare: sed ꝓcurare bonū fratris ad charitatē ptinet: ꝑ quā amato bonum volumus ⁊ opamur. Hinc etiā fraterna correctio charitat̄ actus est: q: ꝑ eam fratris malū. s. peccatū repellimus: cuius remotio tāto est deo acceptior ⁊ fratri salubrior q̄ꝫ remotio exterioris dāni vel etiā corpalis nocumēti: quāto ꝯtrariū bono virtutis magis est affine charitati q̄ bonū corpis vel exterioꝝ rerū. Ex quo ꝯcludit̄ q̄ fraterna correctio magis ē actus charitatis q̄ꝫ curatio corporalis infirmitatis: vel exterior subuētio fraternalis egestatis: ⁊ ptinet ad omnes: fitq̄ꝫ ꝑ simplicē āmonitionē. Alia vero correctio est que remediū adhibet peccato delinquētis: fm q̄ est etiā malū alioꝝ ⁊ precipue nocumentū boni cōmunis: ⁊ talis correctio est actus iusticie: cuius est seruare rectitudinē iusticie vnius ad aliū: ꝑ quā intendit̄ cōmune bonū: ⁊ ptinet ad supiores: q: nō solū fit ꝑ simplicē āmonitionē: sed etiā interdū per punitionē: vt alij timentes a peccato desistant. Ad obiectū ꝫ dicendū: q̄ correctio fraterna nō opponit̄ infirmoꝝ supportationi: sed magis ex ea cōsequit̄: intantū enī aliquis supportat peccantē: inquātū ꝯtra eum nō ꝑturbat̄: sed ꝑ beniuolentiā ad eū seruat. Preterea sicut fraterna correctio ē actus charitatis: sic etiā alia opera misericordie spūalis: vt cōsulere dubitāti: docere ignorantē: cōsolari tristē: offendenti remittere: onerosos ac graues supportare: ⁊ ꝓ omnibus orare: sed q: de his septē generibus elemosyne spūalis diffuse satis i septē sermonibus tractasse me memini: in sermonibus de tribus ptibus penitētie: ideo de his ꝓsequi gr̄a breuitatis omitto.

C Quarto queri pōt: vtrū cū quātulacunq̄ꝫ charitate resistere q̄s possit quātecūq̄ꝫ temptationi: p̄sertim cū gratia quātūcūq̄ꝫ modica potētior est ⁊ excellētior q̄ natura: sed homo in statu innocētie cōstitutus in puris naturalibus quātecūq̄ꝫ tēptationi resistere poterat quātomagis in quātulacūq̄ꝫ charitate vel gratia cōstitutus: alioq̄n si quātecūq̄ꝫ temptationi resistere nō posset: tūc in eo nō peccaret qd̄ euitare non posset. Ad hoc rn̄ det Bonauē. sup. iij. dist. xxx. dicēs inter alia q̄ si loquimur q̄ꝫtum ad temptatiōis exordiū: tunc quātulacūq̄ꝫ charitas quātecūq̄ꝫ tēptationi resistere pōt: q: vt dicit̄. j. Cor. x. Fidelis deus qui nō patiet̄ vos tēptari super id qd̄ potestis: sed facet cū temptiōe ꝓuentū vt possitis sustinere: deus etiā hominē habentē charitatē nunq̄ꝫ deserit: nisi prius homo recedat a deo: qui potius fm q̄ auget̄ tēptationis bellum: opat̄ etiā deus charitatis augmentū: vnde quātūcūq̄ꝫ sit modica charitas i homīe: nunq̄ꝫ pōt virtus eius ab aduersario deijci: q: fm q̄ crescit bellū crescit adiutoriū: si hō faciat qd̄ in se est. Si vero loq̄mur de temptiōe q̄ꝫtū ad ꝯsummatione victorie: sic nō pōt esse q̄ ex modica charitate q̄s resistat tēptatiōi maxīe: nā ordo diuine iusticie nō patit̄ q̄n ex victoria magni belli fiat ampliatio meriti: vnde si

ista duo nō ɔtradicūt sed simul stant: possibile est ꝙ ex parua charitate in ꝑncipio tēptationis ⁊ magna in fine resistit᷑ magne tēptationi: ⁊ iterū possibile est ꝙ ex parua charitate in ꝑncipio ⁊ fine nō resistit᷑ magne temptatiōi: liberū em̄ arbitriū adiutū adiutorio gratie ex vna pte: ⁊ ex alia corruptū vitio cōcupiscētie: cū in illo ꝑ temptationē excitat᷑ impetus ɔcupiscentie: ẜm ꝙ magis ac magis fortiter excitat᷑: ẜm hoc indiget maiori repssiuo: sed oīs qui legitime certat: quāto magis excitat᷑ in eo impetus temptatiōis tanto magis accrescit virtus resistēdi adeo ꝙ nunꝙ deus sinit nos temptari supra id qđ possumus sustinere ⁊ resistere.

¶ Quinto queri potest de effectibꝰ exterioribus realibus ipius charitatis: q̄ sunt beneficētia ⁊ elemosyna. Unde queri potest: vtrum beneficētia sit actus charitatis: p̄sertim cū omne qđ quis dat: vel dat sicut debitū: vel sicut non debitū. Beneficiū aūt qđ impendit᷑ sicut debitū ptinet ad iusticiā: qđ xͦo impendit᷑ sicut non debitū gratis dat᷑: ⁊ ẜm hoc ptinet ad misericordiā: ex quo cōcludit᷑ ꝙ omnis actus beneficētie vel ē actus iusticie vel misericordie: nō est igit᷑ actus charitatis. Ad hoc rn̄det Tho. scđa 2e. q. xxxj. ꝙ beneficentia nihil aliud importat q̄ꝫ facere bonū alicui: ẜ hoc bonū ɔsiderari potest dupliciter. Uno mō ẜm cōmunē rationē boni: ⁊ hoc ptinet ad rationē beneficētie: ⁊ est actus beneficētie ⁊ est actus amicitie: ac ꝑ cōsequēs charitatis: in actu nāqꝫ charitatis includit᷑ bonitas siue beniuolētia: ꝑ quā q̇s amico vult bonum: voluntas autē effectiua est eorum qua vult si facultas assit: ⁊ ideo ex consequēti amico benefacere ex actu dilectionis cōsequit᷑. Hinc beneficētia ẜm cōmunē rationē boni est amicitie vel charitatis actꝰ. Unde Bern̄. in hoc differūt iusticia: beneficētia: iusticia ⁊ misericordia: q꞉ beneficētia que ē actus amicicie seu charitatis: respicit in beneficio collato cōmunē rationē boni: iusticia xͦo respicit ibidē rationē debiti: misericordia deniqꝫ respicit ibidē rationē releuantis miseriā vel defectū: verūtamē beneficētia nō est alia virtus a charitate: sed tm̄ nominat quēdam charitatis actū.

Sexto queri pōt: vtrum elemosyna sit actus charitatꝭ: p̄sertim cū elemosynarū largitio sine charitate fieri potest: ẜm illđ j. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: charitatē autē ⁊c. Ad hec respōdet Tho. vbi supra. q. xxxij. ꝙ exteriores actus ad illam virtutē referunt᷑ ad quā ptinet id quod est motiuū ad agendū huiusmodi actus: motiuū autē ad dandū elemosynas est vt necessitatē patienti subueniat᷑. Unde quidam elemosynā diffinientes dicunt: ꝙ elemosyna est opus quo datur aliquid indigenti ex cōpassione ꝓpter deū: qđ vtiqꝫ motiuū ptinet ad misericordiā: vnde manifestū est ꝙ elemosynā dare ꝓprie actus est misericordie: qđ etiā apparet ex nomīe: nam in greco elemosyna deriuat᷑ a misericordia: qm̄ igit᷑ misericordia est effectus charitatis: vt patꝫ in. q. iij. sermonis p̄cedentis: ideo ex cōsequēti elemosynā dare charitatis actus ē misericordia mediāte. Ad obiectū ẜ dicendū: ꝙ aliquid ē actus virtutis dupliciter. Uno mō materialit᷑ sicut actus iusticie est facere iusta: ⁊ talis actus virtutis esse pōt sine virtute: q꞉ multi nō habentes habitū iusticie iusta operant᷑: vel ex naturali ratione: vel ex timore aut spe aliquid adipiscendi: aut ꝓpter aliquid simile. Alio mō dicit᷑ aliq̄d actus virtutis formaliter: sicut actus iusticie est facere iusticiā eo modo quo iustus facit: scꝫ prompte: delectabiliter: ⁊ amore iusticie: ⁊ hoc mō actus virtutis nō est sine virtute: ẜm hoc etiā elemosynas dare materialiter pōt esse sine charitate: formaliter autē elemosynas dare: scꝫ ꝓmpte: delectabiliter ꝓpter deū ⁊ omni eo modo quo debet nō est sine charitate.

Septimo queri pōt: vtrū elemosyne corporales effectū habeant spiritualē: p̄sertim cum ex hoc sequi videret᷑ ꝙ maior elemosyna maiorē effectū spiritualē ꝑficeret: eo ꝙ multiplicata causa multipltiplicat᷑ effectus: qđ tamen esset contra illud Luce. xxj. vbi dicit᷑ de vidua mittente duo minuta in gazophilaciū que ẜm dominicā sententiā plus omnibus misit. Ad hoc respondet ibidem Tho. ꝙ elemosyna corꝑalis tripliciter ɔsiderari pōt. Uno modo ẜm suam substantiā: ⁊ ẜm hoc nō habet nisi corporalē effectū: inquātū. s. supplet corꝑales defectus ꝓximorū. Alio modo considerari pōt ex parte cause illius qui dat elemosynā: inquātū enī dat elemosynā corporalē ꝓpter dilectionē dei ⁊ proximi: tunc affert fructū spiritualē: ẜm illud Ecci. xxix. Perde pecuniā ꝓpter fratrem: pone thesaurū in p̄ceptis altissimi ⁊ ꝓde-

rit tibi magis ꝙ aurum. Hinc etiā vidua q̄ minus dedit ſm quātitatē: plus dedit ſm ꝓportionē: ex quo penſat̄ in ipa maior charitatis effect⁹ ex qua corpalis elemoſyna ſpiritualē efficaciā habet. Tertio mō cōſiderari pōt ex pte effectus: ⁊ ſic etiā habet ſpūalē fructū inquātū.ſ. ꝓxim⁹ cui ꝑ corporalē elemoſynā ſubuenit̄ ad orandū pro bñfactore mouet̄: vñ Ecci.xxix. dicit̄: Cōclude elemoſynā in ſinu paupis ⁊ hic ꝓ te exorabit ab oī malo. Deniq̄ vt nemo ſe excuſet de elemoſynaꝝ largitiōe multa ſunt elemoſynarū genera: principaliter tñ ſeptē corpalia: ⁊ ſeptē ſpūalia ad q̄ oīa alia reducunt̄: ⁊ qđ exhiberi nō poteſt in ope: ſaltē tribuat̄ bona volūtate. Dicit enim Aug⁹. ſup pſ.ciij. Si potes dare da: ſi non potes affabilē te fac: coronat deus int⁹ volūtatē vbi nō īuenit facultatē: nemo dicat nō habebam: charitas nō de ſacculo erogat̄. Et iterū in Encheridion: Multa ſunt genera elemoſynarū que cū facim⁹ adiuuamur vt nobis dimittant̄ peccata: ſ ea nihil eſt maius ꝗ̄ cum ex corde peccata dimittim⁹: hec ille. Ad laudē dei.

De nouem cōditiōibus cōſiderandis ī elemoſynis dandis: et de quibus elemoſyna fieri poteſt vt ꝓſint facienti: ac de iniuſte extortis: Sermo XXIIII

h Onora patrē tuū ⁊c. Iam ordine debito ꝓſequēdū eſt de ꝯditiōib⁹ reqſitis: vt in elemoſynis dandis ordo debitus obſeruet̄ ⁊ modus: nā ſicut modus ⁊ ordo requirit̄ in charitatiua dilectiōe: vt pꝫ ſupius: ſic ⁊ in elemoſynaꝝ diſtributiōe cū mediāte miſericordia ſit actus ipius charitat̄: vt dictū

A eſt. Ad cui⁹ euidentiā ꝑmo queri pōt de modo elemoſynas diſtribuēdi: vtrū.ſ. elemoſyna ſit abūdanter faciēda: ꝑſertim cū dicat aplus.ij.Cor.viij. Nō vt alijs ſit remiſſio: id eſt alij de veſtris ocioſe viuāt: vobis aūt ſit tribulatio: id eſt pauptas. Sed hoc cōtingeret ſi daret̄ elemoſyna abundanter. Ad hͦ rñdet Tho. ſcđa 2ͤ.q.xxxij. ꝙ elemoſynaꝝ abūdantia ꝯſiderari poteſt dupliciť. Primo ex pte dantis: cū.ſ. quis dat qđ eſt multū ſm ꝓportionē ꝓprie facultatis: ⁊ ſic laudabile eſt abundanter dare: vñ ⁊ dñs Luc.xxj. Laudauit viduā q̄ miſit omnē victum ſuū in gazophylaciū. Verūtamē oportet illā abundantiā debite circūſtantionari ſm conditionē pſone ⁊ ſtat⁹ ꝑut in ſequēti ſermone latius patebit. Secūdo ex pte eius cui dat̄ eſt elemoſyna dupliciter abūdans. Uno mō ſic ꝙ ſuppleat ſufficiēter eius indigentiā: ⁊ ſic eſt laudabile abundāter elemoſynā dare: vñ Aug⁹. in epla ad quēdam comitē. Caue ꝓuidens diſcretionē elemoſyne: ita vt vtriuſq̄: ſcꝫ dantis ⁊ accipiētis ſit ſolaciū. Alio mō vt ſupabundet ad ſupfluitatē: ⁊ hoc non eſt laudabile ſed melius eſt pluribus indigētibus elargiri. Et hoc ꝓhibet inducta auctoritas Pauli: nō vt alijs ſit remiſſio vel refrigeriū. Loquit̄ enī ibdem de abūdantia elemoſyne que ſupexcedit neceſſitatem recipiētis: cui non eſt danda elemoſyna vt inde luxuriet̄: ſed vt inde ſuſtentet̄: circa qđ tamē eſt adhibenda diſcretio ꝓpter diuerſas cōditiones hominū: quoꝝ quidam delicatioribus enutriti magis indigēt delicatis cibis aut veſtib⁹. Vñ dicit Ambro. in libro de officijs: Cōſideranda eſt in largiendo etas atq̄ debilitas: nōnunq̄ verecūdia que ingenuos prodit natales: aut ſi quis ex diuitijs in egeſtatē cecidit ſine vitio ſuo. Qđ autē ſubdit̄: vobis aūt tribulatio: loquit̄ de abūdātia ex parte dantis: vbi tamē dicit glo. nō hoc ideo dicit quin meli⁹ eſſet.ſ. abūdanter dare: ſed de infirmis timet quos ſic dare monet vt egeſtatē non patiant̄. Secūdo queri poteſt: qualis ordo tenendus eſt in elemoſynis dandis: cum nō poſſit omnib⁹ ſatiſfacere. Ad hoc dicendū: ꝙ nouem ſunt cōſideranda ī elemoſynis diſtribuēdis. Primo fides: q: fidelis ꝑponendus eſt infideli ceteris paribus. Illi enī nobiſcū renati ſunt in chriſto tanq̄ fratres: ceteri reputant̄ nobis alieni ⁊ hoſtes chriſti. Unde Gal.vj. de elemoſyna diſtribuēda ꝓponens ſubdit: ergo dum tempus habem⁹ opemur bonū ad omnes: maxime aūt ad domeſticos fidei. Secūdo neceſſitudo ſiue ꝓpinquitas: quibus lege nature magis obligamur: ⁊ ſic ꝓpinqui ſāguinis extraneis preponunt̄ vel ꝑferunt̄: quia ſm apoſtolū: Qui curam ſuorū ⁊ maxime domeſticorū nō habet: fidem negauit ⁊ eſt infideli deterior. Ita tamē ſubuenire

In elemosi-nis distribuen-dis ista considerari: fides, propinquitas, [illegible], necessitas, debilitas, [illegible], verecundia

debet fuis ꝙ cām ꝓstet necessitas: non carnalitas: id est non ditent propter carnalē amorem: sed pascant propter nature sustētationem: alioquin deus nō esset causa sed caro. Tertio beneficiū prius acceptum et ꝓcipue spirituale: plus enī obligamur beneficis q̄ȝ alijs etiā ꝓpinquis: a quibus scȝ cōmoda temporalia vel spiritualia recepimus. Cui⁹ ratio est: quia magis debemus reddere debitū q̄ꝫ dare gratuitum. Et ideo magis debemus reddere suscepta beneficia q̄ꝫ amicis aliquid gratis dare: sicut magis debemus reddere mutuū q̄ȝ amicis dare. Et maxime obligamur his q̄ ꝫm Paulum laborant in verbo ⁊ doctrina. j. ad Timoth. v. Et iterū. j. Cor. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus magnū est si carnalia vestra metamus: q̄si diceret: non ⁊c̄. vide. Quarto meritū: nam ex honesto ⁊ merito melioib⁹ est potius subueniēdū. Eccl xij. Da bono ⁊ ne receperis peccatorē: benefac hūili ⁊ ne dederis impio. Unde dicit Tho. scḋa 2ᵉ. q. xxxij. ꝙ sic diligēdi sūt homines vt eorū non diligant errores. Et quia exhibitio beneficij dilectiōi correspōdet: ideo peccatori ad sustentationē nature debet elemosyna dari si indigeat: cum ꝓcipiat nobis etiā inimicis benefacere: sed ad fouendū eorum maliciā non debemus eis aliquid dare: vnde si cōstaret ꝙ eo qḋ eis dat in peccatū abuterent: nō deberet eis dari nisi necessitas extrema exposceret. Quinto tempus: q: ceteris parib⁹ senes sunt iuuenibus ꝓferēdi. Sexto necessitas quia magis dandum est plus egenti: eo ꝙ elemosyna est instituta ad necessitatē ꝓximi subleuandā: al's enī frustraret elemosyna fine suo: nec haberet meritū apud deū: vnde qui tenent capti ab hostibus ⁊ ꝓsertim infidelibus ꝓferendi sunt alijs. Similiter qui ꝓpter debita excruciant in carceribus penis ⁊ supplicijs. Nam si pauper afflictionis sue tp̄e nihil impetrat a te: vel quo iniuste rapit ad mortē: plus apud te pecunia tua valeat q̄ȝ vita morituri: nō est leue peccatū: vnde. xij. q. ij. c. sicut oīno. dicit glo. ꝙ ecclesia nō solum suis captiuis ꝫ etiā extraneis tenet subuenire. Et hi dicūtur captiui qui ab hereticis vel gentilibus capti sunt: vel a talibus vbi timet ꝑiculuȝ corporis vel anime: tales tenet redimere ecclesia: ⁊ etiā quilibet priuatus: ⁊ allegat ibidem iura. Septimo debilitas: q: claudi ceci: valitudinarij debēt ꝓferri sanis: īmo ꝫm leges qui laborare potest ⁊ se immiscet elemosyne: redigit in impatoris seruitutem. C. de men. vali. l. j. li. xj. ⁊ sic danda ē elemosyna paupibus qui non possunt operari manibus: vt. lxxxij. dist. c. j. Quod sane intelligendū est de his elemosynis que tendunt ad alimenta vel ad sustentationē corporis: sicut est pascere: potare: vestire: hospitari. Nam cum sint īmeriti: dignum est vt egestate laborent. Secus est de alijs vt visitare infirmū: redimere captiuum: si saltem non timent peiora: ⁊ sepelire mortuos. Uerūtamē ī extrema necessitate nulli est elemosyna deneganda: vt. lxxxvj. di. c. pasce fame morientē: et. c. non satis est. Nec histrionib⁹ nec venatoribus nec meretricibus est deneganda in necessitate: q: tūc in tali nō honorat vitiū sed naturā: vt eo. c. qui venatorib⁹. Unde nec in necessitate neganda est excōmunicatis: vt patet xj. q. iij. c. quoniā mltos. in fi. Octauo modus: vt nō totum vni nec simul effundant opes: ꝫ discrete dispensent: nisi forte quis ex toto vellet relinquere seculum: vt patet lxxxvj. dist. c. fratrē nostrū. §. in ipa liberalitate modus adhibendus est rerū ⁊ ꝑsonarum. Rerum vt non omnia vni sed singulis quedā prestent: vt pluribus ꝓdesse possimus: iuxta illud ps̄. Dispersit dedit pauperibus. Personarū vt primū iustis: deinde peccatorib⁹ quibus ꝓhibemur: nō quia homines sunt sed quia peccatores. Nono nobilitas: id est verecundia que ingenuos prodit natales: quod ꝓsertim attendit in his qui ex diuitijs sine vitio suo ceciderunt in egestatem. Dicit enim Boecius: ꝙ inter omnes aduersitates fortune infelicissimū genus infortunij est fuisse felicem: lxxxvj. dist. c. dominus. vbi subdit. Consideranda est in largiendo etas atq̄ȝ debilitas: nōnunq̄ȝ etiam verecundia que ingenuos ꝓdit natales: glosa. Nota verecundiā esse signū nobilitatis: vnde ꝙ nobilitas talis attendi debet in dandis elemosynis legit in vitis patrum de quodaȝ qui singulis petentibus elemosynam dabat: ad quem cum venisset mulier vestita vilibus: aperiens manū voluit dare multū: ⁊ clausa est manus eius leuās s parū: venit aūt alia bn̄ vestita q̄ vidēs vestes illius inisit manū volens leuare parum sed aperta est leuans multū. Q̄r admirans inqui

siuit de illis mulieribus. ⁊ cognouit q̄ mu
lier bonis vtens vestib⁹: erat de honestis
mulieribus que venerat ad paupertatē: et
ꝑ opiniōe nataliū erat induta bonis, vesti
bus: alia xͦo accipiēdi cā vilibus se induit
magis piū ergo est subuenire pauperibus
nobilibus ⁊ honestis: verecūdis: paupta/
temq̄ dissimulantibus q̄ȝ effrontib⁹ ostiatim
mendicātibus. Tertio ꝑinde queri pōt:
de quib⁹ facienda est elemosyna vt ꝓdesse
possit facienti. Ad hoc dicendum: q̄ extra
de deci. c. ex transmissa. tenet glo. q̄ nō so/
lum de rebus licite acq̄sitis debet fieri ele/
mosyna: sed etiā de illicite acquisitis fieri
potest elemosyna: ⁊ dari debet decima: si
de illis nō competat repetitio: ⁊ dominiū
transferat̄: ⁊ sic meretrix: histrio: ⁊ qui de
mãmona iniquitatis viuūt: id est ꝑ sollici/
tudinē temporalē: etiā cōtra diuina mãda/
ta acquirūt: debent decimā dare ⁊ elemo/
synam facere. Sacerdos tamē non debet a
meretrice decimā recipere ne videat̄ impu
nitatē prestare. Uerūtamē Hein. boyc hãc
questionē lucidius ꝓsequens: illā distin/
guit: dicens: q̄ aliquādo quedā acquirūt̄
licite ⁊ a bono: ⁊ ex talibus bene acquisit̄
⁊ a bono debet fieri elemosyna: q̄ȝ tunc fru
ctuosa erit. xiiij. q. v. c. Elemosyna redem/
ptoris nostri oculis ista placet: que non ex
illicitis ⁊ iniquitate cōgerit̄: sed que de re/
bus cōcessis ⁊ bene acquisitis impendit̄.
Aliquãdo sūt licite acquisita sed a malo:
⁊ tūc licȝ de eis possit fieri elemosyna: non
tamē ꝓdest facienti: vt ea. q. c. scriptū est:
scȝ Prouerb. xv. Uictime impioꝝ abomi/
nabiles deo: vota iustoꝝ placabilia. Neq̄ȝ
enī in omnipotentis dei iudicio quid: sed
a quo det̄ inspicit̄. Hinc est enī qd̄ scriptū
est: Respexit domin⁹ ad Abel ⁊ ad mune/
ra ⁊c̄. Expedit tamē agere bonū opus mi/
sericordie vel penitētie: q̄ȝ licȝ nōdum me/
ret̄ in his operib⁹ vitam eternā: nullo mō
tamē manebunt sine remuneratione: vt de
peni. di. v. c. falsas penitētias: vbi subdit̄.
Nec tamen desperet: interim quicq̄d boni
facere poterit hortamur vt faciat: vt omni
potens deus cor illius illustret ad peniten
tiā. Si xͦo illicite sunt acquisita: tunc si nō
sunt in bonis alicuius domini illicite acq̄/
sita: puta episcopus: clericus: vel mona/
chus venationi deditus ex venatione ali/
quã acquirit contra p̄ceptum ecclesie: qd̄
legit̄ de tali venatione in clemen. de statu
mona. c. ne in agro. §. porro. per totū. ⁊ sic
dicit̄ illicite acquisitū: quia cōtra prohibi/
tionem iuris positiui: non tamē iniuste: q̄ȝ
nulli fit p̄iudicium cum p̄supponit̄ ibi q̄
ius venãdi in illo loco habeant: licȝ vena/
tioni p̄sentiam ꝑsonalem exhibere non de/
ebrent: vt ibi p̄cipit̄. Et a simili intelligit̄
omne lucrū illicite: licȝ nō iniuste acquisi/
tum: vt in festis ⁊c̄. q̄ de eis potest fieri ele
mosyna sicut ī p̄senti casu de illicite acqui/
sitis potest fieri elemosyna. Aut sūt acqui/
sita in bonis alicuius domini eo inuito: in
quo casu nullo modo potest elemosynas
facere: sed tenet̄ restituere: vt. xiiij. q. v. c.
forte aliq̄s cogitat. Et dicit multi sunt chri
stiani diuites ⁊ auari: non habeo peccatū
si illis abstulero ⁊ paupibus dedero: vnd̄
enim illi boni agunt mercedē habere pote/
ro: sed huiusmodi cogitatio ex calliditate
diaboli suggerit̄: nam si totum tribuat qd̄
eis abstulerat: auget potius peccatū q̄ mi
nuat: hec Aug⁹. Et in hoc casu cōcurrunt
vis cōpulsiua ⁊ vis ablatiua: ⁊ sic ꝭm q̄s/
dam vsura: furtum ⁊ rapina reputatur. Si
xͦo iniuste acquirunt̄ domino ignorante:
tunc etiā de eis elemosyne fieri nō possunt
vt. xiiij. q. v. c. immolantis ex iniquo obla/
tio est maculata. Et in hoc casu cadunt qui
res inuentas nō habitas pro derelicto ab/
scondunt: vt ea. q. c. Multi sine peccato pu
tant esse si alienū quid inueniunt teneant:
⁊ dicunt deus mihi dedit: cui habeo red/
dere? Discant ergo hoc peccatū simile esse
rapine: si quis inuenta nō reddit: hec Hie/
ronym⁹. Itē Aug⁹. Si quid inuenisti ⁊ nō
reddidisti rapuisti quãtuȝ potuisti: fecisti:
q̄ȝ nō plus inuenisti q̄ alienū negat si pos/
set ⁊ tolleret: deus cor interrogat non ma/
nū. Aut acquirunt̄ iniuste domino tradē/
te: ⁊ tunc si versat̄ turpitudo ex parte acci
pientis tm̄: tunc in illo casu nō potest acci/
piens elemosynas facere: sed tenet̄ restitu
ere: ⁊ in hoc casu cadunt omnes facientes
contractus vsurarios ꝓpter improbū lu/
crum. Et ꝭm quosdã omnes vsurarij ⁊ ad
aduocati exigentes immēsa salaria ⁊ īmo/
derata. Similit̄ medici qui emūgunt egro
tos qui tamē sepius de facili curari possūt.
Et officiales qui per īmoderatam probita
tem plurima extorquere solēt. xiiij. q. v. c.
non sane. vide per tototū. Aut versat̄ tur/
pitudo ex pte dantis tm̄: vt vbi meretrici
datur preciū scorti: ⁊ hoc accipiens retine/

re potest vel elemosynas inde facere. Et hoc proprie dicit turpe lucrum: quia ꝓpter lucrum illud sustinent: vt opprobrio habeātur: vt dicit phus. iiij. Ethic. Aut versat turpitudo ex pte vtriusqz: ⁊ tunc nō potest elemosyna inde fieri: nec etiā debet danti restitui: sed illi psone vel ecclesie in cui⁹ iniuriā data ē: exēplū primi: vt pecunia data iudici ad ferendū iniustū iudiciuz restitui debet nō danti sed illi in cuius iniuriā data est: vnde dicit. xj. q. iij. c. non licet iudici vendere iustū iudiciū q̄tominus iniustū Sed hoc interest q̄ iudex accipiens vt iustum det iudiciū tenetur restituere danti. Si vero vt iniustū tenetur restituere illi in cuius iniuriā suscepit. Et simili modo dicēdum est de pecunia data testib⁹ ꝓpter iniquum testimoniū ferendū: vt. xiiij. q. v. c. non sane. Aduocatus tñ pōt vēdere iustū patrociniū: ⁊ iurisperitus verū ꝯsiliū: dūmodo cū debito moderamīe hoc faciāt: vt patet ibidē. Uerūtamē vt dicit glosa in dicto. c. non licet. xj. q. iij. Si sine labore dare potest cōsiliū: nō reuoluēdo libros: nec laborando in plegendis allegationib⁹: tunc gratis tenet subuenire: q̄ si causa iniusta est nō debet eā aduocatus vl' iurisperit⁹ assumere: nec patrociniū vl' consiliū vēdere: sed potius eam acceptā vl' assumptā debet deserere postq̄ pceperit eam esse iniustam: hec glo. ⁊ allegat iura. Quarto aūt queri potest vtrū id quod iniuste extortum est debeat pauperib⁹ erogari vl' ablatis restitui: aut in quibus casibus debet erogari ⁊ in quib⁹ restitui. Ad hoc rñdet Hein. boyc. extra de iudeis. in. c. cū sit nimis absurdū: q̄ si scitur a quo est extortū sed nō reperit: tunc debet erogari pauperib⁹: vt extra de vsuris. c. cum tu. vbi subdit. Cogendi sūt per penā quā statuimus: cōtinuo eas his a quibus extorserunt vl' eorū heredib⁹ restituere: vl' his non supstitibus pauperib⁹ erogari. Si vero scitur qui sunt ⁊ reperiūtur: tunc si est acquisitum in detrimentum tre sancte: dz nihilomin⁹ erogare ī sbsidiū terre sancte: vt extra de iudeis. c. ad liberādā: vide pcessum. Si vero secus est acquisitum: sed illi a quibus est extortum nō habent actionem seu ius repetendi: ⁊ tūc potest seu debet pauperibus erogari: vt patz xiiij. q. v. c. non sane. §. sunt alie: vbi tangit de salarijs īmoderat' que recipiunt ab officialibus: nec tñ repetunt ab eis: nisi certum sit salariū eis constitutū: ⁊ tunc scdm quosdā dari potest pauperibus: consultuz tamen est q̄ ei reddat a quo īmoderate recepit si non est diues: vide textū ibi cū glosa: q̄ si ius habent vel actionem repetendi tunc non debet pauperibus erogari: sed illis vel eorū heredibus a quibus extortum est vt in dicto. c. cuz tu. Preterea ea que restituenda sunt si nō possunt ei mitti fideliter ⁊ secure cui restitui debent: tunc pauperibus erogari debent ſm Ray. Hostie. ⁊ Tho. Si ꝟo fidelit' ⁊ secur' mitti pōt: ħ tñ fieri cōmode nō pōt pēsat' circūstātijs: puta quātitate rei debite q̄ ē forte modica respectu remotiōis loci: q̄ forte lōge distat: ⁊ illi⁹ diuitijs cui restitutio faciēda ē: q: tā modica potest esse summa rei restituende q̄ nullo modo debet pro ea velle ꝓximū tā grauiter onerare: ⁊ tunc pauperibus erogari potest. Si vero ecōtra res restituēda ē magna ⁊ distantia loci est modica ⁊c: tunc debet restitui ⁊ non erogari pauperibus. In talibus enim ad arbitriū boni viri recurrendum est. Ad laudē dei.

Utrum ⁊ qualiter elemosynaz dare sit in pcepto: ⁊ quomodo sub potestate cōstituti elemosynā dare possunt: Sermo XXV

Honora patrē tuū.

b De elemosyna corporali quedam in generali prosequēdo: primo q̄ri potest vtrū elemosynā dare sit in pcepto sicut leo papa in sermone de apparitiōe videtur asserere dicens: In illo magno summoqz iudicio tanti estimabit vl' largitatis benignitas vl' tenacitatis impietas: vt pro plenitudine omniū virtutū: ⁊ ꝓ sūma dmniū cōmissorū: ⁊ per vnū malū illi in ignez mittentur eternū: ⁊ per vnū bonū isti itroducentur in regnū. Ad hoc rñdet Thom. scda. 2e. q. xxxij. q̄ cū dilectio ꝓximi sit in precepto: necesse est omnia illa cadere sub pcepto sine quibus dilectio ꝓximi nō conseruat. Ad dilectionē aūt ꝓximi ptinet q̄ ei nō solum velimus bonū: sed ēt vt operemur scdm illd. j. Joh. iij. Nō diligam⁹ verbo neqz lingua. s. tm̄ sed opere ⁊ veritate. Ad hoc ergo q̄ velimus ⁊ operemur bonū alterius: requirit q̄ eius necessitati sbue/

niamus: quod fit ꝑ elemosynarū corporali
um largitionē: ⁊ ideo ē in ꝑcepto: hinc. lx
xxvj. di. c. non satis. circa fi. Subdit. mise
ricordia cōmunis est vsus: ideo cōmune ꝑ
ceptū omnibus officijs: oībus etatibus
necessaria ⁊ ab omnibus est conferenda:
non publicanus: non miles excipitur: nō
agricola: non vrbanus: diues: pauper: om
nes in cōmune ammonentur vt conferant
non habenti. hec ibi. Sed hec intelligēda
sunt scd̄m ꝙ recta ratio requirit: scd̄m quā
vt ibidē dicit Tho. ꝯsiderādū est aliquid
tam ex ꝑte dantis ꝙ ex parte recipientis:
vt sic assint oportune circūstantie que sem
per requirunt in ꝑceptis affirmatiuis ad/
īplendis. In dante igit considerandū est
ꝙ aliquādo habet aliquid supfluū tā na/
ture ꝙ̄ ꝑsone: id est tā sustētationi vite sue
ꝙ̄ suoꝝ quoꝝ curā habet: ꝙ̄ etiā decēti cō/
seruationi status sui. Et de hoc ex ꝑcepto
debet fieri elemosyna: etiā si pauperes ex/
treme necessitatis nō cōpareāt: ꝫ illō Lu
ce. xj. Qd̄ supē date elemosynā. Nec opor
tet excusationē future necessitatis ꝑtēdere
vl' ꝯsiderare vltra ꝓbabilia signa: qꝛ h̄ eēt
de crastino cogitare. i. curā supfluā habe/
re: sicut fecit Elimelech de quo dicunt He/
brei sup Ruth. j. ꝙ ꝓpt famē q̄ acciderat ī
terra illa: multi paupes recurrebāt ad eli/
melech virū Noemi: quia diues erat ⁊ po
tens: ſꝫ ꝓpt auaritiā suā duꝝ ei fuerat pau
pibus cōmodare vl' dare. Et ideo ad euitā
das eoꝝ importunitates exijt de terra isrl'
cū bonis mobilibꝰ q̄ habebat: ſ qꝛ ꝓpt ma
lā causā exijt diuino iudicio ꝑegrinꝰ obijt
cū filijs suis in egestate: vñ reuersa Noe/
mi vxor eius in terrā suā ait: egressa sū ple
na. s. filijs ⁊ diuitijs: ⁊ vacuam me reduxit
dñs. hec ibi. Or si obijcit: que iuste possi/
dent etiā licite retineāt. Ad h̄ rñdet Tho.
ibidē ꝙ tpalia bona q̄ diuinitꝰ hōi ꝯferun
tur eiꝰ q̄dē sūt ꝙ̄tū ad ꝓprietatē: ſ ꝙ̄tū ad
vsū nō debēt eius eē ſ alioꝝ q̄ ex eis susten
tari pñt ex illo qd̄ ei supfluit. Hic ait Basi/
lius omel. j. Si fateris ea diuinitꝰ tibi ꝓ/
uenisse: an iniustꝰ ē deꝰ īequalit res nobis
distribuēs: cur tu habūdas: ille xo mēdi/
cat: nisi vt tu bone dispēsatiōis merita cō/
seq̄ris: ille xo patiētie brauijs decoret. Est
panis famelici quē tu tenes nudi tūica quā
tu in ꝯclaui ꝯs͛uas: discalciati calceꝰ q̄ pe/
nes te marcescit: īdigētis argentū qd̄ pos/
sides humatū: q̄ circa tot iniuriarꝫ q̄t dare
valeres. h̄ ille. Et Amb. dic̄ sup illō euāg.
homīs cuiusdā diuitꝫ fructꝰ vberes ager at
tulit. Et habet. xlvij. di. c. Sicut hi. Quid
inq̄t auarus iniustū est: si cum aliena nō in
uadā ꝓpria diligētius seruo. O impudēs
dict: ū ꝓpria dicis: q̄ ex q̄bus reconditis in
hunc mundū detulisti: qñ in hāc ingressus
es lucē qñ de ventre matris existi: a quibꝰ
queso facultatibus quibusqꝫ subsidijs sti/
patus ingressus es? Et infra ꝓpriuꝫ nemo
dicat qd̄ est cōmune: plus ꝙ̄ sufficeret sum
ptū ⁊ violent obtētū est: nūq̄d iniquꝰ ē de
us vt nobis nō equalit distribuat vite sub
sidia? vt tu quidē esses afflués ⁊ abūdās:
alijs vero deesset ⁊ egerēt? An idcirco ma/
gis: qꝛ ⁊ tibi voluit benignitas sue expimē
ta cōferre: ⁊ aliū ꝑ virtutē patiētie corona/
re? Tu vero susceptis dei muneribꝰ ⁊ in si/
nū tuū redactꝫ: nihil reputas agere īiquū
si tā vite multoꝝ subsidia solus obtineas:
hec ibi. Unde ꝯcludendo dicēdū est: ꝙ si ī
paupe apparēt euidētia signa necessitatis
extreme tūc certū est ꝙ dare tenet: ⁊ mor/
taliter peccat nō dādo. Si vero signa māi
festa extreme necessitatis nō apparēt tunc
illi dare nō tenet: ſ distribuere sibi pōt su/
pflua: ſm qd̄ sibi videbit oportunū: dūmō
tñ ꝯtribuat. Alioq̄n em̄ auditurus est. Ite
maledicti ⁊c̄. Esuriui em̄ ⁊ nō dedistis mi/
hi mādurcare. Secūdo vero qñqꝫ ex par/
te dātis est aliqd̄ supfluū nature: sed tñ ne
cessariū est ipi ꝑsone scd̄m decētiā sui statꝰ.
Et de tali tenet ex ꝑcepto dare elemosynā
in extrema nccītate recipiētis: al's āt nō ni/
si de ꝯsilio superogatiōis. Ratio priorꝫ est:
quia necessitas absoluta in ꝓximo necessi/
tati nostre conditionate ꝑferēda est: ita tñ
quod id qd̄ mihi supfluū modo est: in ꝓxi/
mo tēpore nō sit mihi necessariuꝫ: vnde de
tali necessitate ꝓximi indigētis dic̄ Amb.
li. de offi. ⁊ habet. lxxxvj. di. c. Non satis.
circa finē: vbi dicit Pasce fame morientē:
q̄squis em̄ homines pascendo seruare po/
teris: si non pauisti occidisti: vnde tñ in h̄
casu ligat hoc preceptū: ꝙ vt dic̄ Amb. in
dicto. c. Sicut hi. Tūc minus est criminis
habenti auferre ꝙ̄ talit indigenti negare.
Tertio deniqꝫ ex parte dantis qñqꝫ totū
est necessariū nature sue ⁊ suoꝝ quicq̄d ha
bet: ⁊ de illo nō debet elemosyna fieri: qꝛ h̄
esset ꝯtra ordinē charitatis: cū hoc esset si/
bi suisqꝫ subtrahere necāria vite: ordo ve/
ro charitatis prius incipit a seipso: nisi sal

tem aliquo modo sciret recōpensare per aliam viam suā ꝛ suoꝝ necessitatē: vel nisi talis casus immineret vt sibi subtrahēdo tali daret: per quē ecclesia vł respublica sustētaret: qꝛ ꝓ talis psone liberatione se suosqꝫ laudabiliter periculo mortis exponeret cum bonū cōmune sit proprio preferendū: sicut illa vidua Sareptena fecit: que de sibi filijsqꝫ sui necessario prophetam Helyam pauit: vt patet .iij. Regum. xvij. Secundo queri potest ex quo vt prius dictum est in dicto capitulo. Non satis. nullus excipitur ab elemosyna conferenda: vtrum etiā omnis sub potestate constitutus indifferēter dare eandem potest. Ad hoc respōdet Richardus super. iiij. distin. xv. ꝙ ordo naturalis hoc exigit: vt a superioribus inferiora regulenť: ꝛ illi qui sub aliena sūt potestate constituti: de eis ex quibus alijs subijciuntur: ordinare non debent aliť ꝙ̄ eis commissum fuerit a superiorib⁹. Et quia nullus alteri subditus est ꝙ̄tū ad interiores intellectus ꝛ voluntatis actus nisi soli deo: ideo de illis bonis elemosynam omnibus facere licet: vtpote: orando: corripiendo: remittendo: ac alia pietatis opera spiritualia perficiendo: de quibus late tractaui in sermonibus de tribus partib⁹ penitentie. Uerumtamen de rebus exteriorib⁹ scđm quas alicui superiori quis sbijcitur: non debet nec potest elemosynam facere: nisi quatenus illi fuerit a superiori cōmissum vel permissuȝ. Et ideo generaliter quicunqꝫ acceperit aliquid ab alio: legitimam dandi potestatem non habente: tanꝙ̄ iniustum tenetur restituere. Ad cui⁹ euidentiam sciendum: ꝙ principaliter quattuor sunt hominum genera aliorum potestati subiecta: que non possunt elemosynā facere nisi sub certis modis eis a iure vł approbata consuetudine aut etiam a superiore eis concessis: scilicet vxores: proles: clientes ꝛ profitentes. Omnes isti in exttema necessitate dare possunt elemosynam indistincte. Nimirum cum et in hoc casu liceȝ etiaȝ furari: eo ꝙ talis necessitas facit omnia communia. Extra tamen casum extreme necessitatis indifferenter dare non possunt: quod patet: quia mulier que minus subiecta videtur ꝛ equalis viro ꝙ̄tum ad actum matrimonialem iudicatur in his q̄ ad dispēsationē dom⁹ ptinēt viro subiecta: nec faceř pōt elemosynā nisi eo mō q̄ seqť.

Pro quo sciendum scđm Scotū in. iiij. distincti. xv. ꝙ vxor de rebus viri: scilicet pane: vino et huiusmodi: que de approbato more solent ad dispensationeȝ vxoris ptinere: potest moderatas elemosynas facere scđm facultateȝ viri sui: ꝛ maiorem vł minorem multitudinem pauperum. Non tamen dare potest excessiue respectu facultatum nisi de consensu: nec etiaȝ de alijs rebus sue dispensationi nō cōmissis: nisi vt dictū ē in extrema ncčitate: vł nisi res parafernales vł ꝓprias haberet ṗter dotē: vbi de ꝯsuetudīe parafernalia vxoris sūt. Parafernalia autē dicunť illa bona q̄ mulieri obueniūt post mřimoniū titulo donatiōis: successiōis: legatiōis: ecōtra q̄ habet ante mřimoniū ꝛ portat ad viꝝ suū dicūť dos: donatio vero ē illō qđ a viro demane dať mulieri in surrectiōe: vt curtā domū vł simile ad vitā ei⁹. Quicq̄d igiť de ꝯsuetudine patrie mulieris est: de hoc elemosynam dare potest: de alijs autē non nisi vt dictuȝ est. Si tamē esset lucrosa ita ꝙ exhibita debita gubernatione domus opibus suis lucraretur: tunc etiā de hoc dare posset: nec intellige deducendo expensas victus sui: quia vir tenetur ad omnia huiusmodi: taȝ propter dotem ꝙ̄ propter obsequium. Or si mulier in secundo matrimonio filios habet ex primo: qui nō habēt aliquā actionē ꝯtra matrē: nō pōt illa ꝯtra mariti ꝓhibitionē aliq̄d eisdē dare: nisi sič alijs pauperib⁹: Secus tñ si habēt aliquā actioneȝ: vt qꝛ obligata ē eos alere. s. cū sint īpuberes: vł qꝛ ambo ꝯiuges eoꝝ bona possidēt: aut alia iusta cā: tūc eñ ꝛ marit⁹ teneť illos alere: quia mať cū suis onerib⁹ ad marituȝ trāsijt: qꝛ tamē maritus habet ādministrationē rerū nō debet eos alš vxor alere: nisi ī extrema necessitate. Preterea viro existente ꝓdigo si celat vxor aliquid bona fide de rebus cū viro cōmunibus: vt sibi et viro suo tēpore ꝓuideat: qui eas male consumeret: non peccat: nec viro ꝓhibenti vel repetenti tenetur obedire: quia reddendo iuuaret eum ad peccatum. Econtra si vxor viderit virum tenacem: superflua tamē habentem tam nature sustentationi ꝙ̄ etiam decentis status conseruationi: tunc vxor sibi conscientiaȝ formare debet: ꝙ marito non displiceat elemosynam dare: licet alī quando prohibet. Hoc eñ quādoqꝫ faciūt vt vxores temperent nō a toto ſ ab excessu

vxor per. [illegible] [illegible] [illegible] elemosinā dando

Potest etiam formare sibi conscientiaꝫ ex miseria pauperis: cogitans ꝙ si maritꝰ videret vtiqꝫ sibi placeret vt eius miserie subueniret. Et sic cogitare potest vtilit̄ velle gerere negociū viri sui ad salutē aīe. Et generaliter nota: ꝙ si vir furtum fecerit vel aliquid iniuste acquisitum aut retentum apud se haberet: potest illud mulier restituere etiam contradicēte marito. Qꝛ si verus possessor ⁊ eiꝰ heres ignoratur: potest inde elemosynam facere etiam inuito marito: nisi maritus eius verum dominū furti cognosceret: tunc enim ipsa non debet illud alienare: sed virum suuꝫ efficaciter ad restitutionē inducere. Si vero res ipsa consumpta est tūc potest vxor si vir expresse nō contradixerit: negotia mariti gerēdo ⁊ seipsam exonerando extimationem de bonis cōmunibꝰ restituere vel in elemosynas dare: si cui restituenda sit ignoratur. Qꝛ si cōtradicente viro hoc faceret bona fide: licꝫ ad hoc non teneatur: non tamē esset illi penitentia iniungenda quasi pro mortali.

Secundo proles: nam filiusfamilias licꝫ vti potest rebus parentum ad propriam necessitatem: tamen scd̓m Thom. ibidem nō potest alijs dare: quia ꝗuis est heres non tamen adhuc est dominus rerum: nec per consequens est in eiꝰ potestate paterna hereditas. Qui ergo recipiunt ab eis elemosynas extra articuluꝫ extreme necessitatis tenentur ad restitutionē: nisi darent elemosynam moderatā in pane: vino ⁊ similibꝰ: que non inferunt parentibus sensibile dānum: de quibus constare potest ꝙ parentibus placet. Et idem iudicium est de furiosis: amentibus: pupillis ⁊ adhuc sub tutoribus vel curatoribus existentibus. Verū tamē si filiusfamilias existēs adhuc in paterna potestate habuerit aliquod peculiuꝫ castrense: id est quod ei datū est a patre vel alijs occasione militie: vel ipse sibi acq̄rit ex militia: vel peculiū quasi castrēse: qd̓ .s. ex aduocatione vel alio officio publico ꝑcipit: vel etiā quod obuenit p̄sbyterꝭ ⁊ clericis ex officio suo ecclesiastico: tūc de his facere potest elemosynas scd̓m Ray. qꝛ ꝗ̄tum ad hoc paterfamilias cēsetur: De aduēticio autē: id est qd̓ ex alia quacūqꝫ causa filio aduenit: siue a matre: siue ab extranea ꝑsona: siue de alijs operatiōibꝰ vel laboribus suis nō potest filius elemosynam facere: qꝛ licet filio in hoc seruat̄ ꝓprietas ⁊ si pater premoriat̄ filij est: tamē ꝗ̄diu pater viuit in eo plenū vsufructū habet. Similiter de ꝓfecticio: id est qd̓ de rebus patris vl̓ eaꝝ occasiōe aduēit: vt fructus siue lucrū: filiꝰ elemosynā dare nō pōt: qꝛ nihil iuris in eo habet: nisi tm̄ quo ad spem successionis: si tn̄ filiꝰ esset in schol̓ de licētia patris: vl̓ in peregrinatiōe tūc dare posset elemosynā: tā de ꝓfecticio ꝙ de aduēticio.

Tertio clientes: nā scd̓m Tho. in. iiij. di. xv. Serui ancille ⁊ famuli ꝗuis etiā sint libere cōditionis nō possunt elemosynas dare de rebus dn̄oꝝ suoꝝ sine eoꝝ consensu: nisi panē ⁊ hmōi q̄ nō inferūt sensibile nocumentū: etiā si ipse famulus esset dispensator rerū: qꝛ nō ponit̄ dispēsator quasi potestatē aliquā in re domini sui habens: sed quasi ad vtilitatē dn̄i tractans. De precio tn̄ ꝓprij seruitij libere dare pn̄t. Quarto ꝓfitentes scꝫ in religiōe pauptatē voluntariā: elemosynā dare nō possūt scd̓m Ray. quia nihil habēt. xij. q. j. c. nō dicatis: nisi forte aliq̄s administrationē aliquā habuerit: tūc em̄ potest ⁊ debet elemosynā facer̄: quia quicq̄d religiosis suꝑ est in pias causas erogandū est: vt patet. xij. q. j. c. qꝛ tua vbi subditur. Cōmuniter aūt viuētibꝰ iaꝫ de faciendis portionibus vel exhibēda hospitalitate ⁊ adimplēda misericordia a nobis quid erit loquendū: cū omne quod superest necessitatibus: in causis pijs ac religiosis erogandū est: domino magistro omnibus dicente: quod superest date elemosynam ⁊ omnia munda sunt vobis: hec Grego. angloruꝫ episcopo. Si tamē esset talis administratio de qua statutū esset: ꝙ quicquid suꝑest ad mōasteriū vl̓ aliquē specialem vsum refundat̄: vt in quibusdā prioratibus: tunc elemosynas excessiuas sine cōsensu facere non debet. Qꝛ si monachꝰ de voluntate abbatis vadit Romā vel stat in studio: tunc scd̓m Ray. moderatas elemosynas facere potest: quia eoipso ꝙ dedit illi licentiam eundi vel etiam standi: subintelligitur ei licentiam concessisse faciēdi ea que scholares ⁊ peregrini de honestate facere solēt. Et addit Tho. scd̓a .2ᵉ. ⁊ in. iiij. ꝙ etiā citra extremā necessitatē posset monachus aliquod modicū dare absente abbate sub spe ratihabitionis: nō tamen eo p̄sente: vel quando probabiliter crederet ꝙ abbas non consentiret nisi fuerit extrema necessitas. Ad laudē dei.

De accidia et filiabus eius: scilicet malitia: desperatione: pusillanimitate: rancore: torpore: et mentis euagatione: Ser. XXVI

A Honora patrē tuū.
b Exod. xx. Tertio denique parētes eternales honorare debem⁹: eis iugiter et indefesse cū omni affectu seruiendo et gratias agēdo: vt sic ītelligat: honora patrē tuuz qui te creauit et imagine propria insigniuit: qui te redemit et ppria carne et sanguine pascit. Et hoc tripliciter. Primo p omnibus beneficijs et donis tā naturalibus q̄ gratuitis: deuotas et ingeses gratiarū actiōes referēdo: ad qđ te monet tota scriptura. Similiter omnis creatura que suo modo creatorē suū laudat: vn̄ Job xxxviij. rep̄hendit pigros dicēs: Ubi eras cū me laudarēt simul astra matutina: et iubilarent oēs filij dei. In lectulo dn̄e. Ad hoc etiā excitate ppria natura: q2 ɜm physicos in corpore humano inseminauit tot mēbra quot sunt dies in anno: vt ex hoc īstinctu naturali informer q nulla dies te trāsire debet sine diuina laude et gratiarū actione. Secundo debemus eū honorare: omnes actiones: locutiones: affectiones et cogitationes nostras in sui laudē et gloriā referendo. Ad quod hortatur aplus dicens Col. iij. Omnia quecūque facit in Xbo aut in opere: omnia in nomine dn̄i nostri iesu christe facite. Et ex hoc actiōes tue nō censentur humane: sed angelice et diuine. Nā eis qđammodo celicā formā imprimis cū in eis solū honorē diuinū intēdis: sic ecōtra maximā deo iniuriam irrogant: qui in actibus suis ostentationē ppriā aut humanā cōplacentiā aut aliquid hmōi querunt. Tertio debemus eū honorare p omnibus et sup omnia diligēdo: ad qđ potissime moueri debes: ex eo q in tantis amoris beneficijs te diligendo puenit: vt omnē ingratitudinē et tepiditatē amoris sui a corde tuo pcul expelleret: vt si te quādoque piguisset amare iā nō pigeat reamare. Sed hūc honorem plurimū impedit accidia q̄ ɜm Damasce. est quedā tristicia aggrauās: que. s. ita deprimit animū homīs vt ei nihil libeat agere: et ideo accidia importat qđdā tedium operandi bonū: p̄cipue diuinuz: iux illud ps. Omnē escā abominata ē anima eorū. Ex quo patet q duo sunt nomina huius vitij: sc3 tristicia et accidia: cuius ratio est: q2 in isto peccato est auersio a spirituali bono quod estimatur graue vł grauare: sicut est vigilare: ieiunare et orare etc. et ratione huius dicitur tristicia que opponit leticie spirituali. Nam affectus tristicie datus est homini vt doleat de peccatis ppriis et alienis: de dilatione patrie: de imp̄fectione vite et de similibus: sed nūc mutat et ducit in diffidētiā: desperationē: et irratiōabilem merorē: et oppōit letitie spirituali: ita q affectus gaudij qui dat⁹ fuit homini vt gauderet in deo et in spe eternorum bonorum et intuitu beneficiorum dei: et in bonis operib⁹ et omnia vana et inutilia fastidiret: modo puertitur in dissolutionē et vanitatē et insanias falsas: ita q gaudet de affluentia rerum honorum: voluptatū: de risu: fabul: turpib⁹ ludis et similia: et omnia que dei sunt fastidit tanq̄ insipida. Et sic secūdo in isto peccato fit cōuersio ad creaturā in qua querit finalē quietē que estimat leuis: et ratione
B huius dicit accidia que opponit fortitudini que ɔsistit in aggrediendis arduis et sustinendis aduersis. Nā per accidiā habet anima tediū de omni spirituali difficili: et inuenit opera virtuosa et bona quasi acetosa. Hic queri potest vtrum accidia potest esse peccatū et p̄cipue mortale. p̄sertim cum scōm phm in. ij. Ethic. passionibus nō laudamur neque vituperamur: ɜ accidia ē passio quedā: ē eī quedā species tristicie vt dicit Damasce. Ad hoc rn̄det Tho. scđa. 2e. q. xxxv. q accidia scōm Damasce. est quedam tristicie aggrauans: que sc3 ita deprimit animū hominis: vt nihil ei agere libeat: sicuti ea que sūt acida etiam frigida sūt et ideo accidia īportat tediū quoddā operandi. Et huiusmodi tristicie passio scōm se quidē non est peccatū: quia scōm se non nominat aliquod laudabile vł vituperabile: sed scōm q applicat ad aliqđ bonū dicitur laudabile et ecōtra vituperabile scōm q applicat ad aliquid vituperabile. Exēpli gratia: tristicia de vero malo cū fuerit moderata nominat aliquod laudabile: s3 tristicia de vero bono: vł etiā tristicia īmoderata nominat aliquid vituperabile. Uerumtamē accidia que est torpor mētis: bona negligentis inchoare semper est mala. Et hoc dupliciter. Naz quādoque est mala

scd̄m se: cum scȝ sit de eo quod est vere bo-
num licet sit apparens malū: sicut tristicia
que est de spirituali bono. Nā cū spiritua-
le bonū sit vere bonū: tristicia q̄ est de spi-
rituali bono est scd̄m se mala: sic ecōuerso
delectatio dicitur scd̄m se mala que est de
eo quod est apparens bonū ⁊ vere maluȝ.
Quandoqȝ vero tristicia mala est scd̄m ef-
fectum tm̄: quando scȝ sic tristicia de vero
malo hominez aggrauat ⁊ eum totalit᷑ ab
opere bono retrahit: ⁊ sic etiā est peccatuȝ.
Hinc apostolus .ij. Corinth. ij. Nō vult vt
penitens maiori tristicia absorbeatur: non
tamen semper est peccatum mortale. Sed
accidia ex suo genere est veniale peccatuȝ:
qr ƀȝ Augusti. Accidia est tediū eterni bo-
ni: hoc autē nō opponitur charitati sed in-
ducit diminutionē feruoris charitatis: in
quo consistit omne veniale. Istud ergo te-
dium vt dicitur in cōpendio potest accipi
tripliciter. Uno modo prout est purus mo-
tus naturalis: ⁊ sic nullum est peccatum.
Alio modo prout est motus appetitus cō-
tristati de opere spirituali laborioso: ⁊ sic ē
veniale: ꝙuis etiā ille appetitus sit delibe-
ratiuus: quia consensus in veniale nō est
nisi veniale. Tertio ꝓut redundat in omis-
sione eorum que sunt necessaria saluti: ita
ꝙ motus accidie pertingit vsqȝ ad rationē
que consentit in fugam: horrorē ⁊ detesta-
tionē diuini boni: carne contra spiritū om-
nino preualēte: ⁊ tunc est mortale peccatū.
Et potest quis dici quattuor modis accidi-
osus. Primo modo cuȝ quis per quandā
detestationem ⁊ horrorem ad diuina volū-
tarie omittit ea perficere. Secundo modo
cum quis ex quadam negligentia omittit
ea perficere ad que obligat᷑ alienis nimiū
implicatus. Tertio cum quis nolēs ex ve-
recundia vel aliquo alio extrinseco coact⁹
cum tristicia perficit aliqua bona spiritua-
lia. Quarto cum nimium deijcitur ⁊ con-
tristatur etiam de vero malo ex quo reddi-
tur ineptus ad bona spiritualia perficien-
da. Deinde queri potest quot sunt filie ac-
cidie: presertim cum a doctoribus ponatur
esse vitiū capitale. Ad hoc respondet Gre-
go. xxxj. moraliuȝ. ꝙ sex sunt filie accidie.
Prima filia dicitur malicia que non acci-
pitur hic scd̄m ꝙ est genus vitiorū: sed q̄
quis detestatur bona spiritualia. Qr autē
accidia causat vel generat maliciā ex hoc
patet: quia accidia proprie attendit᷑ in de-
testationem bonorum spiritualium ⁊ tan-
ꝙ nulla vel vilia contemnendo. Et sic ge-
neraliter malicia a qua procedit ꝙ aliquis
bona spiritualia deliberate fastidit: contē-
temnat ⁊ detestetur. Et sic malicia multuȝ
aggrauat peccatū accidie pessima filia de-
testande matris. Nam molto grauius q̄s
peccat ex certa malicia ceteris paribus ꝙ̄
ex passione: quia ibi mouetur voluntas in
malum ex seipsa ⁊ ex electione: hic autē ex
passione quasi ex quodam extrinseco īpul-
sa: grauius etiam peccat quis ex passione
ꝙ̄ ex sola ignorantia: quia ignorantia mi-
nuit de ratione voluntarij nō autē passio:
⁊ sic ex malicia proprie dicit᷑ peccare in spi-
ritumsanctum: sicut ex ignorantia in filiū:
⁊ ex infirmitate vel passiōe in patrē. Unde
peccatum malicie grauius iudicatur in ge-
nere suo: de quo ps̄. Dilexisti maliciam su-
per benignitatem: ⁊ dicit᷑ irremissibile id ē
nō ita facile remissibile sicut peccata ex in-
firmitate vel ignorantia perpetrata: quia
tollit omnia illa que requirūtur ad remis-
sionem peccatorū: nec habet aliquā causā
remissionis cuȝ ex certa malicia ⁊ electiōe
ꝑpetratur reddens operantem obstinatū:
ita ꝙ contemnit subire humilitatem peni-
tentie. Secunda filia accidie dicitur es-
se desperatio: quia diffidentia meritorum
est mater diffidentie premiorum ex qua ite-
rum nascitur tristicia. In accidia au-
tem est talis diffidentia: quia accidia est
diffidentia de proprijs viribus ⁊ de auxi-
lio dei in implendo ardua: ⁊ sic causat de-
sperationem: que est etiam peccatum in spi-
ritumsanctū. Notā dū tamē scd̄m Hein-
ricum de vrimaria: ꝙ si labatur aliquis in
desperationē ex infirmitate vel ex grauita-
te complexionis: ⁊ de hoc doluȝ ⁊ renititur
inꝙ̄tum potest: sic desperatio non est pec-
catum nisi forte veniale. Si autem hoc con-
tingit ex errore vel deceptione: puta si esti-
mat obsequium se prestare deo si seipsū oc-
cidat: sic desperatio est peccatuȝ mortale.
Si vero quis desperet ex certa malicia vel
ex electione: vt diffinitiue dicat cum Cayn
maior est iniquitas mea ꝙ̄ vt veniam mere-
ar: sic est peccatū mortale in spiritumsan-
ctum. De quo tamen clarius videri potest
in sermone de peccatis in spiritumsanctū.
Tertia filia dicitur pusillanimitas respe-
ctu consiliorum christi que nascitur ex diffi-
dentia proueniente ex consideratione pro-

p̄rie infirmitatis: vel ex arduitate operis.
Hic queri potest vtrum pusillanimitas sit peccatum: presertim cum vt dicitur Ecclesiasti. x. Initium omnis peccati est sup/bia: sed pusillanimitas non videtur ex su/perbia procedere: quia superbus extollit se super id quod est: pusillanimis autē sub trahit se ab his quibus dign⁹ est. Hinc di/cit philosophus in quarto Ethic. ꝙ maxi/me videtur pusillanimis esse q̄ magnis bo nis dignus existit: ⁊ tamen his non digni ficat seipsum. Ad hoc respondet Thomas secunda. 2e. q. cxxxiij. ꝙ omne illud est pec catum quod contrariatur inclinationi na/turali: quia cōtrariatur legi nature. Inest autem cuicunqꝫ rei naturalis īclinatio ad exequendum actionem sue potentie cōmē/suratam: vt patet in omnibus rebus natu ralibus: tam animatis q̄ꝫ inanimatis. Si/cut ergo p̄sumptuosus excedit proportio/nem sue potentie duꝫ nititur ad maiora q̄ꝫ possit: sic econtra pusillanimis deficit a p/portione sue potentie: dum recusat in eo tē dere quod est potentie sue cōmensuratum: ⁊ ideo sicut presūptio sic ⁊ pusillanimitas peccatum est. Inde punitur seruus qui ac ceptam pecuniam fodit in terram: nec ope ratus est ex ea propter quendam pusillani mitatis timorem: vt patet Matthei. xxv. vnde potest etiam ex superbia oriri: duꝫ ni mis proprio sensui innititur: quo reputat se insufficientem ad ea respectu quorū suf/ficientiam habet. Hinc prouerbiorum. xxvj. Sapientior sibi piger videtur septeꝫ viris loquentibus sententias. Nihil eniꝫ prohi bet ꝙ se q̄ꝫtum ad aliqua deijciat ⁊ q̄ꝫtū ad alia se extollat. Quarta pinde filia dici tur rancor quem etiam causat accidia inq̄ꝫ tum accidia facit irasci ⁊ indignari aliquē contra bonos: qui volunt eū inducere ad spiritualia bona: ⁊ cum nocumentum con/tra aliquem machinatur: si ipsū inferre nō potest: interius tenet ⁊ conseruat iram: in/dignationem ⁊ mētis amaritudinem: que omnia importat rancor: vnde rancor ē ira ⁊ indignatio inueterata: quia sicut ex cha ritate nascuntur opera bona ex quibus est confirmatio charitatis: sic ira est accidia: ex accidia vero vetustas ire: quia accidio si sepe reprehensi frequenter ad īdignatio nem mouentur. Nam multi sunt talis na/ture: ꝙ quando quis dicit vł facit quod si/bi non placet: semper habent rancorem et amaritudinem cordis super talem: ⁊ hoc ē signum ꝙ nondum causam vel origineꝫ ta lis ire vel rancoris radicitus euulserunt. Unde dicitur in decretis de penitētia ⁊ re/missione: di. ij. c. j. Si quis semel notat⁹ fu erit inuidie vel contentionis vitio: ⁊ rur/sum in hocipsum inciderit: sciat se primaꝫ caucem id est vitium ex qua inuidia vł cō/tentio nascitur: in interiorib⁹ medullis ha bere reconditam. Oportet ergo eum p cō/traria atqꝫ aduersa curari: id est per humi/litatis exercitium: vt patet ibidem. Alio/quin monet huiusmodi: illud prouerbiorum j. Despexistis omne consilium meum: ⁊ in/crepationes meas neglexistis: ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo. Quinta filia ac/cidie dicitur torpor: q̄ potissime oritur ex ocio. Nam accidiosus vt frequenter ociuꝫ sequitur: quod tamen summe cauenduꝫ ē: non solum in verbis sed etiā in operibus: alioquin detestabilem torporem incurrit. Est autem torpor circa precepta quedaꝫ in sensualitas vel inusualitas: propter quam homo reduci non potest ad executionē mā datorum dei: vel torpor est circa prohibita cum scilicet quis nimis securus est ⁊ se ni/mis exponit temptationibus vel peccato/rum periculis. Est inq̄ꝫ torpor quedam p̄/cepta non facere contemnere vł amare. Est etiam torpor circa consilia: scilicet nolle p fectum esse qđ vtiqꝫ est delinquere: bonuꝫ non amare: consilia contemnere vel etiam irridere Hic queri potest vtrum inciden/taliter diuturnitas tēporis ex qua iste ran cor videtur procedere auget peccatum: p̄/sertim cum consuetudo mala non solum vi deatur peccatum alleuiare sed etiam excu/sare: vt patet de superfluo ornatu qui iam ex consuetudine nō iudicatur superfluus. Ad hoc respondet Gaspar de caldri: extra de eo qui du. in ma. in. c. cuꝫ haberet: ꝙ ex diuturnitate temporis peccatum augetur frequentatum: quia quanto maiori tempo re inficitur anima tāto magis fit habitus vitij: ⁊ per consequens videtur esse maior contemptus dei: ac per consequens maius peccatum: ⁊ hoc tangit in. c. cum haberet. dicens ꝙ peccatū von diminuitur sed au/getur ex diuturnitate temporis: ⁊ tāto am plius elongatur a deo: ⁊ ideo debilitatur virt⁹ ⁊ corrūpit aīa: ⁊ p ꝯsequēs difficili⁹ releuatur. Sexta filia accidie est mentis euagatio: ⁊ hoc frequent circa illicita cū q̄

dam feda occupatiõe τ delectatiõe morosa vel etiã cõsensu: q2 in desiderio ē oĩs ociosus: ꝯ qñ est ꝑticularis certã habẽs materiam vt gule: luxurie: auaritie: sic ꝯuẽit omĩbus vitijs. Quãdo vero generalis ē τ incerta tũc dicit̃ ꝓprie euagatio q̃ est filia accidie. Nã q̃ absorptus est cũ tristicia nõ habens in se vbi delectet̃ euagat̃ ad oĩa q̃rens delectationẽ in ociosis: in vanis: ĩ fedis: in malignis τ similib9: in morãdo: delectãdo: ꝯsentiẽdo: ꝓponendo: affectãdo: machinãdo: sic ꝙ cor illi9 factũ est q̃si spelunca latronũ: qd̄ a nob̄ auertat iesus christus. Amen.

Sequũt̃ sermões de ꝑcepto q̃nto.

Utrũ licitũ sit mortificare ea q̃ discernũt vel sentiũt vel tm̃ viuũt τ ꝙ tria requirunt̃ ad iustam occisionem. Sermo I

Non occides: Exodi. xx. Hoc ē q̃ntũ ꝑceptum in quo ꝑncipalit̃ τ explicite ꝓhibetur ira ꝓrũpens in iniurias ꝑemptorias hũane vite Secũdario vero τ implicite ꝓhibet̃ omne nocumentũ qd̄ inferri potest iniuste cõtra ꝓximũ vl' etiã ꝯtra seipm̃: siue nocumẽtuꝫ illud fiat ope vl' manu: vt ꝑcutiẽdo: mutilando: depilãdo: vulnerãdo: scãdalizãdo siue etiã lingua vl' nutu: vt detrahẽdo excõmunicãdo: ꝑsuadẽdo: cõsulẽdo: ad peccatũ deducẽdo: nutib9 irritãdo vl' alliciendo: siue dentꝫ corde vl' affectu: vt inuidendo: odiẽdo: peccatũ cõmittẽdo: bonũ ꝓpositũ suffocãdo. Sed q2 vita corporalis ē fũdamẽtũ oĩm alioꝝ: ideo sub isto modo nõ occides: legislator mãdatũ exꝑssit. Et ꝭm hoc ꝑceptũ istud tripliciter exponi potest. Primo sic: nõ occides. i. nihil manu vl' opere ꝑficies: quo vita ꝓximi vl' tua corporal' vl' spiritualis iniuste perimat̃ vl' detrimentũ patiatur. Sed q2 mãdatũ hoc homicidium corporale ꝑncipaliter ꝓhibet: ideo de illo ꝓsequendũ est in principio. Pro q̃ sciendũ ꝭm Ray. τ Hoff. ꝙ homicidiũ corporale cõmitti potest quattuor modis. s. iusticia dictante: necessitate instigante: casu accidente: τ voluntate ĩpellente. Et addi potest quintus modus occisionis tpe scꝫ necessitatis extreme elemosynaꝫ aliquo subtrahente. Q2tum igit̃ ad primum queri potest vtrũ licitũ sit occidere ꝑ iusticiã: ꝑsertim cũ videat̃ esse contra ꝑceptũ istud: licet alibi dñs ꝑcepisse dinoscit̃: maleficos nõ patieris viuere. Ex his eñ Manichei sumũt causã calũniãdi: dicẽtes: ꝙ legislator sibiipsi ꝯtradicit τ ꝯtraria ꝑcipit. Et ꝑcipue dicunt ꝙ nõ licet sacerdotẽ esse occisorẽ: quia dictũ est Petro: mitte gladiũ in vaginã: τ hoc est ꝯtra ꝑlatos eccl'iasticos q̃ iudiciũ exequẽdo τ ĩperãdo gladios accipiunt τ alios occidunt: vnde Manichei tãta diligentia mãdatũ hoc obseruare curabãt: ꝙ refugiebãt occidere nõ tm̃ homines sꝫ et bestias τ virgultas: quã ꝓpter antiqui Manichei nolebãt de fructib9 arborum carpere τ cõmedere. Nimirũ cũ dicit ap'lus ad Roma. xiij. Qui ordĩationi dei resistit sibiipsi dãnationẽ acquirit: sed per ordinationẽ diuine ꝓuidentie cũcta viuẽtia conseruant̃. Ad hoc dicẽdũ ꝭm Tho. scd̄a. 2e. q. lxiiij. τ ꝑmo q̃tũ ad omnia viuẽtia ꝙ nullus peccat ex hoc ꝙ ad hoc vtitur aliqua re ad qd̄ est a deo cõdita vl' ordinata. Nã in ordine rerũ ĩperfectiora sunt ꝓpt' ꝑfectiora: sicut etiã in via generationis natura procedit ab imꝑfectis ad ꝑfecta: τ inde est ꝙ sicut in generatione hominis pri9 est viuũ: deinde animal: τ vltĩo homo: sic etiã ea que tm̃ viuũt: vt plante sunt cõmuniter ꝓpter animalia: τ animalia ꝓpter homines: τ ideo si homo plantis vtat̃ ad animaliũ vtilitatẽ: τ animalib9 ad hominum vtilitatẽ nõ est illicitũ. Inter alios aũt vite huius vsus maxime necessarius esse videtur vt animalia plantis vtant̃ in cibum τ homines animalib9 qd̄ sine mortificatione eoꝝ fieri nõ potest: τ ideo licitũ est plantas mortificare ad vsuꝫ animaliũ: τ aĩalia in vsum hominũ: τ hoc ordinatiõe diuina: dicitur eñ Geñ. j. Ecce dedi vobis vniuersam herbã τ vniuersa ligna vt sint vobis ĩ cibũ τ cunctis animãtib9. Et iteꝝ Geñ. ix. Omne quod mouet̃ τ viuit erit vob̄ in cibum. Hinc dicit Augusti. j. de ciuitate dei. Cum audimus non occides: nõ accipim9 hoc dictũ esse de frutectis quia null9 est eis sensus: nec de irrationabilibus animalib9 quia nulla nobis ratione sociantur. Et iterum ibidẽ. Iustissima ordinatione creatoris τ vita τ mors eoꝝ nostris vsib9 subdit̃

B

homicidium corporale cõmitti p[otes]t quattuor modis: iusticia dictante — facto vel manu; necessitate instigante coercente; casu accidente; volunt[at]e impellente

mutua cõpenſione tolerant̃. Unde genera
liter ꝗcꝗd accipit̃ ex naufragio p̃dictoꝝ ſi/
ue de naui ſiue mari ſiue de littore reſtituẽ
dũ eſt. ff. e. l. ſi ꝗs ex naufragio: al's nulla
cõſuetudine ſtatuto vl' p̃cepto ꝗs excuſat̃:
qꝛ furtũ cõmittit̃: ff. de acqui. re. do. l. qua
rõne. in fi. C. de fur. l. in eũ: ꝗn etiã ſꝫ legeſ
ſi petat̃ infra annũ ꝯdẽnabit̃ ad reſtituen
dũ quadruplũ: ſ; poſt annũ in ſimplũ vt in
dictis le. Hic ẽt icidẽtalit̃ addi põt ꝙ ac
cedẽtes ad ſepulchꝝ dñi cã deuotiõis ſine
licẽtia pape ſũt excõicati: ⁊ eorũ abſolutio
pape vl' ſummo penitẽtionario reſuat̃: vt
habet̃ ĩ ꝓceſſu ãnuali romãe curie: ⁊ repe
rit̃ in li. penitẽtionarie ſũmi penitẽtiona/
C rij. Septimo canonẽ incidũt oẽs matri/
moniũ ꝯtrahẽtes in gradibꝰ ꝯſãguinitat̃

⁊ affinitatis ꝯſtitutiõe canonica int̃dictis
⁊ hoc ſcienter: quia ſciebãt gradũ ꝓpinꝗ/
tatis: vl' nõ ignorabãt ignorantiã ꝓbabili
ſ; affectata: ⁊ ſi alt̃ ſolus ſciebat ſolus liga
tur. Similit̃ ꝯtrahẽtes cũ monialibꝰ: ⁊ re
ligioſi: clerici in ſacris ordinibꝰ ꝯſtituti:
ac moniales matrimonia ꝯtrahẽtes: vt pa
tet in cle. vna de ꝯſan. ⁊ affini. Pro ꝗ nota
ꝙ in ſex caſibꝰ h̃ exp̃ſſis h̃ ꝯſtitutio tm̃ lo/
cũ habet ⁊ eius pena. Qua propt̃ ſi ꝗs cõ/
trahit cũ hñte maritũ vl' cũ iudea vl' cũ pa
gana: vl' cũ cognata ſpũaliter vl' legalit̃ vl'
ꝯtra ĩpedimentũ iuſticie publice honeſta/
tis: licet matrimonia nõ teneãt tñ nõ eſt lo
cus huic pene q̃ in illis caſibus vel ſimili/
bus nõ eſt expreſſa. Similit̃ in dict' ſex ca/
ſibus nõ eſt locus huic pene ſi licite ꝯtra/
hunt. ſ. ꝑ diſpẽſationẽ pape: qꝛ cũ ceſſat cul
pa ceſſat ⁊ pena: de ꝯſti. c. ij. Hinc vt dictũ
eſt ignorãtia facti nõ iuris excuſat: ignorã
tia dico ꝓbabilis nõ affectata: qȯ ſi poſt cõ
tractũ matrimoniũ ꝑcipit vnũ caſuꝫ de ſex
p̃dictis: nõ tñ mulctat̃ hac ſententia: quia
hec cõſtitutio nõ punit cohabitationeꝫ vel
inceſtũ ſ; ꝯtractũ licet grauiter peccet talẽ
cognoſcẽdo. Preterea ſi ꝑ pape diſpẽſatio
nẽ impedimentũ qȯ erat tp̃e ꝯtracti matri
monij r̃mouet̃: tũc ſi tollit ĩpedimẽtũ etiã
q̊ ad penã p̃teritã: nõ ẽ de illis alia abſolu
tio neceſſaria: ſecꝰ tñ ſi facit tm̃ valere ma/
trimoniũ. Ceteꝝ qȯ dictũ eſt de monialibꝰ
etiã intelligit̃ de ſororibꝰ eo ꝙ in iure po/
nunt̃ ꝓ eodẽ: licet alicubi eas locutio vul
garis diſtinguit dũmodo tñ ſint religioſe.
Et dicũt̃ hic religioſi vl' religioſe: ꝗ vl' q ꝓ
fitent̃ exp̃ſſe vl' tacite religionẽ aliquã ap/
probatã: vt in. c. vno de voto. li. vj. Qȯ ẽt
intelligit glo. ſi ꝓfeſſio illa tacita vl' exp̃ſſa
nõ obligaret illi religioni: ſ; religioni tm̃ ĩ
genere: vt de regula. c. nõ ſolũ: ⁊. c. ſequẽti
li. vj. Idẽ laud. Pan. ⁊ gẽzel. Deniqꝫ ſacri
ordines intelligunt̃ hic ſubdiaconatꝰ dia/
conatus: ⁊. s̃. Sed ꝯtrahẽs cũ hmõi ſpon/
ſalia nõ ligat̃ hac pena niſi poſt cõſumma/
uerit per carnalẽ copulã: quia tunc cõtra/
xiſſe iudicat̃. Et nota ꝙ glo. penul. dicit ꝙ
p̃dicti ab ep̃o poſſunt abſolui p̃miſſa ſatiſ/
factione. Similit̃ fit in mãifeſta offenſa: nĩ
ſi poſt excõmunicationẽ talẽ incurriſſẽt ir/
regularitatẽ: aqua ſolus papa diſpenſaret
vt ĩfra patebit: vnde dicit paulus ꝙ in re/
cognitione erroris ſe ſeparantes: debẽt ab
inuicem ſe abiurare: vt qui cle. vel vo. c. ij.
ſicut etiam fit in recõciliatiõe ſeparatorum

vnde forma iuramẽti separationis ponit᷑. xxxv.q.vj.c. Ab isto die in antea tu ꝑ nullũ ingeniũ te sociabꝭ huic cõsanguineę: nec in coniugio: nec in adulterio: nec cum illa ad vnã mẽsam mãducabis aut bibes: aut sub vno tecto manebis nisi in eccl'ia: aut in alio publico loco: vbi nulla mala suspicio posset esse: vt vbi corã testibus idoneis ꝓ certa necessitate parit᷑ colloq̃mini: nec aliam cõiugẽ accipias nisi forte post actã penitentia tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo aut ab eodẽ misso sic te deus adiuuet. hec ibi. Nec debet q̃s occasione ꝯsanguinitatis vxorẽ dimittere ⁊ aliã ducere: si cã ꝑmo legitime ꝓbata fuerit: vt ibidez c. se. Proinde receptur⁹ vxorẽ quã iniuste dimisit hꝯ mõ iurabit: vt patz ibidẽ Ab isto die ĩ antea istã ꝯiugẽ. N. quã iniuste dimiseras ita tenebis sicut marit⁹ suã ꝯiugem debet habere in dilectiõe ⁊ debita disciplina: nec eã ꝑ vllũ igeniũ malũ sepabis: nec ea viuẽte alias accipies: sic te de⁹ adiuuet. hoc ibi. Ad laudẽ dei.

De diuersis excõmunicatiõib⁹ q̃s incurrũt diuersimode ꝑticipantes cũ excõicatis: Ser. XXII

Non occides. Exo. xx. Cõgrue n satis post ꝑdicta vidẽdũ est de excõicatiõib⁹ q̃s incidũt diuersi ꝑticipãtes illicite cũ excõicatis. Prima nãq̃ sentẽtia ponit᷑ extra de sen. ex. vbi dicit clemẽs. iij. c. significauit. clericos q̃ scient᷑ ⁊ spõte ꝑticipauerint excõicatis a nobis: ⁊ ipos in officijs receperint diuinis eadẽ sẽtentia excõicatiõis cũ ipsis nõ dubitamus innolui: q̃s etiã ꝓ bñficio absolutiõis habẽdo ad nos volum⁹ cũ lr̃aꝝ tuaꝝ insinuatione remitti. Ad cui⁹ euidentiã sciẽduz ꝙ circa expositionẽ huius decretalis ẽ triplex opinio solennis. Prima Hosti. q̃ etiã ponit in summa ꝯfes. scz ꝙ ista est vna noua excõmunicatiõis species ad quã incurrendã q̃nq̃ requirunt᷑: ita ꝙ vno deficiente nõ ĩcurrit maiorẽ excõicationẽ: eo ꝙ excõmunicatio ꝑsens deuiat a cõibus regul᷑ iuris: quã etiã opinionẽ seq̃tur Joh. an. Et ista quinq̃ tãgunt᷑ hic in textu. Primo ꝙ cõmunicãs cũ excõmunicatis sit cleric⁹ ⁊ ergo laicus excluditur. Secũdo ꝙ scienter cõmunicet: ⁊ ideo ignorãtia ꝓbabilis facti nõ iure excusat. Tertio ꝙ sponte ꝑticipet: ⁊ dicit Hos. hic excludi coactionẽ absolutã nõ cõditionalẽ. Quarto ꝙ cõmunicet in diuinis officijs: etiã in horis canonicis extra eccl'iaz legẽdis ꝭm Hos. Quinto ꝙ cõmunicet cũ nomĩatim excõmunicatis a papa: ⁊ hoc in diuinis: ⁊ sic excõicat⁹ per canonẽ nõ dicit᷑ excõmunicatus a papa ĩmediate: sed oportet ꝙ ab eodẽ excõicet᷑ ꝑ sẽtẽtiã viue vocis ꝭm Joh. calð. ꝓpt᷑ strictã interꝑtationẽ: miti⁹ eñ agit᷑ cũ lege q̃ cũ ministro legis. Secũda opinio est Pe. de Anch. q̃ dicit: ꝙ q̃ cõicat cũ excõicato a papa spõte ⁊ sciẽter ⁊ in diuĩs est excõicatus eadẽ sentẽtia. Et istũ dic̃ veꝝ esse intellectũ hui⁹ decre: ⁊ idẽ videt᷑ dicere Guil. Spe. ⁊ Hos. Tertia ẽ Tan. s. ꝙ q̃ ꝑticipant cũ excõicatis a papa eodẽ crimĩe ꝓpt᷑ qð ille est excõicat⁹ eadẽ sentẽtia ligant᷑: ⁊ sic ꝑ papã sunt absoluendi: quaz opinionẽ glo. veriorẽ credit. Inno. ẽt dic̃ sic ĩtelligi posse. Similit᷑ Joh. an. ⁊ Joh. de lig. dicũt ꝙ videt᷑ adherendũ huic vltĩe opiniõi. Prima tñ opinio magis ꝯsonat textui. Secunda vero ponit᷑ ꝯtra cõicãtes cũ excõicato ĩ crimĩe dãnato: ⁊ hꝯ de sen. ex. c. nup. vbi sbditur: ꝙ cũ nomĩatim excõicato sciẽter cõmunicãs in crimĩ ecriminoso ei ꝯsiliũ impẽdendo auxiliũ vel fauorẽ: ac ꝑ hꝯ rõne dãnati crimĩs in eũ videat᷑ delinquere q̃ dãnauit ab eo vl' ei⁹ supiore merito delicti tũc erit absolutio requirẽda: cũ facientẽ ⁊ consentientẽ par pena ꝯstringat: vñ talis cum iuramẽto debz absolui: vt ibidẽ subditur.

Pro q̃ notandum ẽ: ꝙ aliud est cõicare criminoso tm̃: ⁊ alið cõicare in crimĩe tm̃: ⁊ aliud cõicare criminoso in crimĩe dãnato. Nã cõicare criminoso tm̃: est illi q̃dẽ cõmunicare sed nõ in crimĩe dãnato. Exẽpli gratia. Si q̃s fuerit excõicatus eo ꝙ celebrat in certo loco ꝓhibito: alius aũt eidez cõmunicat sz in alio q̃ in celebratiõe: ⁊ tũc dicit᷑ cõicare criminoso sed nõ crimĩe damnato. Cõmunicare vero crimĩe tm̃: est criminoso nõ cooꝑari in crimĩe dãnato: vt si quis celebrat in loco int᷑dicto ꝓpter qð excõmunicatus est: sed ꝑ se celebrat ⁊ ali⁹ tm̃ eius missam audit: tũc eñ crimini cõicat: sed nõ criminoso. Tertius deniq̃ cõmunicat crimini ⁊ criminoso: vt qꝛ quis fuit excõmunicatus eo ꝙ in loco prohibito celebrat: ⁊ alius eũ celebrantẽ iuuat: tunc eniz criminoso cõmunicat in crimine: vnde vt quis incurrat hanc maiorem excõmunicationẽ: oportet ꝙ ꝑticipet tam crimini q̃ criminoso. Ad exemplum sumi potest. eo. ti.

ex.c.si cōcubine. Nā si mulier excōicat̄ pro
fornicatiōe generalit̄: tūc tā laici ꝙ clerici
cū ea fornicātes excōicatiōe maiori ligāt̄:
vtpote qui post latā sniam in eodē crimine
cōicāt crimiose: vt dicto.c.si cōcubine. Si
vero mulier excōicat̄ ꝓpter fornicationem
clericoꝝ tm̄. tūc soli clerici ligant̄. Si ꝑin-
de talis mulier excōicat̄ ꝓpter fornicatio-
nē certi clerici in specie: puta ticij: tunc alij
clerici cōicātes eidē nō incurrūt excōicati-
onē maiorē quo ad eccl'iam militantē. Si p̄
terea talis excōicat̄ ꝓpter fornicationē ni-
hil specificādo. tūc ꝑticipātes siue publice
siue occulte sunt excōicati. Si deniqꝫ ꝓpter
publicā fornicationē solū excōicat̄: tunc ei
ꝑticipantes occulte in crimine nō ligant̄.
Addit An. de bu. sup. e.c. ꝙ hec intelligū-
tur post latā sentētiā secus aūt si ante: qđ
sane intelligit̄ in excōicatiōibus ab homi-
ne sec⁹ a canone: cū iā lata sit sētētia: scꝫ tē
pore facte ꝯstitutiōis. Preterea sciendū ꝙ
in hoc casu ꝑ ꝯsilium intelligit̄ fm̄ Pe. de
anch. qn̄ q̄s īpendit ꝯsiliū delinquēti ī cri
mine ꝓ quo est excōicat⁹: tūc em̄ eandē ex-
cōmunicationē incurrit: siue eēt al's factu-
rus siue nō: q2 ꝑticipat in crimine. Abbas
dicit hoc certū esse si ꝯsiliū datū est directe
ad crimē qđ excōicationē inducit: puta ad
clericū verberādū: nō sic tm̄ si ꝯsiliū daret ī
facto ꝓ quo nō incideret excōicationē. Idē
An. de bu. exēpli grā: cōsiliū do vt laicum
īterficias: ⁊ tu cū eo ꝑiter īterficis clericū:
tu excōicationē incurris nō ego: q2 cōsiliū
meū directe nō intēdebat ad ꝑcussionē cle-
rici. Auxiliū etiā intelligit̄ de directa ꝑti-
cipatione: secus de indirecta: vt si quis ex
cōmunicatus est quia fecit guerrā cōtra ec
clesiā vl' clericū: postea ego illi guerram fa
cio ⁊ tu contra me illū adiuuas: tunc illi p̄
bens auxiliū nō es excōmunicatus: q2 nō
directe ꝑticipas in causa ꝓ qua es excōmu
nicatus. Fatetur etiā Hostien. ꝙ dn̄s auxi
liū vasalli excōicati inuocare pōt ꝓpter fi-
delitatis debitū qđ remanet: nisi cū excōi-
catione: pariter ⁊ debitū fidelitatis ablatū
esset: ⁊ p̄ceptū de nō adiuuādo. De fauore
vero sciendū: ꝙ in laudatiōe facti dic̄ Ab-
bas fauorē īpendi. Deniqꝫ ex predictis oī-
bus concludit̄ ꝙ ꝑticipās criminoso in cri
mine ꝓpter quod est excōmunicatus: ean-
dē excōmunicationē incurrit siue extra ter
ritoriū ex cōmunicāt' siue intra siue sit ei⁹
subditus siue nō: quia iuris auctoritate li-
gatur etiā si ꝓmulgans cōmunicaret: quia
nō sua sed iuris snīa ligat̄: exēpli grā dicit
glo. sup dicto.c. nuper. ꝙ si ego excōmuni-
co parrochianū meū ꝓpter crimē: ⁊ parro-
chianus alterius cōicat ei fauorē imꝑtien-
do ī eodē delicto ī me videt̄ derelinquere:
⁊ eadē snīa ligat̄: ⁊ nō soluꝫ snīa canonis:
q2 tūc a suo epō vl' ꝓprio sacerdote absolue
retur qđ iste nō pōt: vt hic in textu: ꝟ iste ꝓ
pter delictū ligat̄ sentētia mea ⁊ a me debꝫ
absolui: ⁊ sic large subdit⁹ me⁹ appellat̄ ra
tione delicti. Tertia ꝓinde ponit̄ contra
cōmunicātes excōicato: ꝟ nō in crimīe dā-
nato: q̄ ponit̄ in dicto.c. nuꝑ: ꝯtra scꝫ eos
q̄ cōicāt excōicatis maiori excōicatiōe ī ora
tione vl' osculo vl' comedēdo ⁊c̄. ⁊ tales a ꝓ
prio epō vl' sacerdote poterūt absolutionis
beneficiū obtinere: Quis em̄ tūc nō iudic'
sed iur' snīa excōicato cōicās sit ligat⁹: q2
tm̄ ꝯditor canonis ei⁹ absolutionē sibi spe-
cialit̄ nō retinuit: eoipo videt̄ ꝯcessisse fa-
cultatē alijs relaxandi. hec ibi. Ad cui⁹ B
euidentiā notādū: ꝙ. xj. q. iij. c. cū excōica
to. ⁊. cap. sequentibus. prohibemur excōi-
catiōe maiori excōicat' cōicare: p̄sertim in
quinqꝫ q̄ notant̄ in illo versu. Os orare va
le cōmunio mēsa negat̄: al's q̄s īcurrit mi-
norē excōicationē. Primo tenemur nega-
re os: id est osculū: vt dicit̄ hic in textu: et
etiā collocutionē in casibus nō cōcessis: q2
fm̄ Guil. familiaritas vel pudor aut timor
scandali nō excusat ꝑticipātē cū talib⁹: sic
nō licet lr̄as excōicati recipere vl' ei mitte-
re nuncios vl' lr̄as nisi in casu in quo licēt
ei loqui fm̄ Guil. ⁊ Hug. Nec mun⁹ ab eo
q̄s recipiat aut receptū retineat: sꝫ vl' pau-
peribus distribuat vel excōicato remittat
ad sui ruborē fm̄ Guil. Secūdo nec eos de
bemus salutare: nec salutātes resalutare.
Uerūtamē si q̄s assurgat excōicato vel re-
uerentiā exhibeat: aut se salutāti inclinet:
vel quasi se resalutādo labia moueat cū tm̄
nihil dicat: tūc fm̄ Guil. excōicationē non
incurrit: cū pene sint restringēde: vt de pe.
di. j. §. pene. Similit̄ nō est salutādus cū ei
scribit̄: sed loco salutatiōis est scribenduꝫ
spūm ꝯsilij sanioris: ⁊ si q̄s ab eisdē saluta
tur rn̄dere pōt: deus emēdet vos ⁊ huius-
modi. Tertio nō debem⁹ cuꝫ eis orare nec
diuina audire: vnde si eccl'iam intrat ⁊ ibi
se firmat tenemur exire: si tamē eius excō-
municatio esset occulta: tunc qui sciūt exi-
bunt secrete ⁊ caute: ita ꝙ nō sequat̄ ei⁹ ma
nifestatio si possunt: al's non exibūt: vt. vj.
q. ij. c. si tantū: si tamē nō venit causa oran-

os orare vale communio mensa negatur

di ſed ꝓ allo negotio: nõ video cur in eadẽ eccleſia orare nõ poſſũ: vt dic̃ Inno. Proinde ſi ſacerdos ante inchoationẽ canonis ꝑcepit excõicatũ ad eẽ q̃ ꝑtinacit̃ ſe firmat ibidẽ debet dimittere miſſã. Si vero poſt tũc debet ꝓcedere ſimul cũ ſuitore tñ: et alij omnes debẽt exire: ⁊ anteq̃ ſacerdos cõmunionẽ dicat ſacriſtiã intrabit ⁊ ibi miſſam ꝑficiet. Itẽ ſm Tho. in. iiij. di. xviij. Pro excõicatis quis orare põt ſed nõ int̃ orationes q̃ ꝓ mẽbris eccl'ie fiunt ⁊ tñ fructũ nõ ꝑticipãt q̃diu in excõicatiõe manẽt ſed orat̃ vt eis ſpũs penitẽtie detur vt ab excõicatione ſoluant̃. Quarto prohibemur participare in menſa ⁊ ſi ſe ingerit mẽſe mee publice excõmunicatus ſm Huil. teneor ſurgere: ſecus ſi occulte ⁊ non poſſũ ſine eius nota ſurgere: poſſum etiã in eadẽ domo manere ſi tante capacitatis ẽ: q̃ eius cõmunionẽ vitare valeo: vnde poſſũ in eadem camera comedere: ſed nõ in eadẽ menſa: ⁊ hoc eſt verũ dũ tanq̃ alienus aduenio nã ſi venio inuitatus ad aliqð feſtũ vl' cõuiuium ⁊ aliquẽ ibidẽ reperio publice excõmũicatũ recedere teneor: licet ſedeat ad aliã menſã: q2 omnes tales cõuenietes ad cõuiuiũ ſimul cõmunicare dicendi ſunt ſꝫ Huil. Similiter ſi amico meo veniẽti comedere ad domũ meã dimitto domum vl' claues vel ꝑmitto comedere ſeparatim tñ: ⁊ h̃ in fraudẽ ne offendã eũ: ſed fauorẽ eius acquirã excõmunicationẽ minorẽ incido: ſecus autẽ ſi ex timore ne vim inferat aut ex humanitate credẽs eũ alimẽto vl' hoſpicio indigere: ⁊ de hoc ꝓteſtationẽ facio ſcðm Huil. Quinto ꝓhibemur cũ eis cõmunionẽ habere: ſcꝫ in alijs actibus humãe cõuerſationis: ⁊ p̃cipue in actibus legitimis ⁊ facinoroſis: ꝓ quibus tamẽ nõ eſt excommunicatus: vtpote in emẽdo: vẽdendo: cõtractus ineũdo: locãdo cõcedendo ⁊ ſimilib⁹ niſi hoc fecerit neceſſitas caſu. Sic etiam nõ debet fieri cõtractus aliquis cũ ſeruiente excõmunicato nomine excõmunicati.

C Quidã tamẽ cõmunicãtes excuſãtur qui ſcꝫ ponunt̃ in his verſibus. Utile lex humile res ignorata neceſſe. Hec anathema tibi faciunt nec poſſunt obeſſe. Primũ eſt vtilitas vel ipſius excõmunicati vt cum ei loquitur de his que pertinent ad abſolutionem vel ſalutem: licet alia incidenter interponat vt magis proficiat: vnde ⁊ ad p̃dicationẽ admittitur vt expreſſum eſt. eo. ti. in. c. reſponſo. Et per hunc modũ licet p̃dicatoribus cũ eiſdẽ conuerſari ⁊ ab excõmunicatis elemoſynas accipere: ſi al's non valent ſuſtentationẽ habere: vt extra. e. ti. cũ volũtatis. Et etiã ſm Hoſtieñ. extra caſum neceſſitatis cũ ꝓbabiliter ſperant in eis proficere: vel etiã vtilitas ex ꝑte ꝑticipantis tam in tẽporalibus vt petendo debitũ. eo. ti. ſi vere: vnde nollet dare poſſet in iudicio conueniri: al's em̃ ex delicto ſuo comodũ reportaret: vt extra de iudi. c. intelleximus. In ſpiritualibus etiã loq̃ poteſt de ſalute anime ſue petendo conſilium ſi eſt neceſſitas ⁊ recurſum ad aliũ habere non poteſt ſcðm Huil. Secundũ eſt lex matrimonij: niſi propter matrimoniũ illicite contractũ eſſet excõmunicatio lata: q̃ ſi lata eſt propter aliud delictũ: tũc quo ad redditionẽ debiti vterq̃ excuſatur: quia in debito carnis exigendo vir ⁊ vxor parificantur. In alijs etiã excuſat̃ mulier cũ excommunicato viro ꝑticipãdo: ſ; nõ econuerſo: q2 cũ vir eſt caput eius debet eã cogere vt faciat ſe abſoluere: ar. vij. q. j. ſicut vir ſm Ray. ⁊ Hoſ. Si v̾o vir excõicatũ vocaret ad menſã: credit Huil. q̃ vxor cum viro comedere non poſſit in eadẽ mẽſa ſed in alia tam remota q̃ dici poſſit ſe nõ parit̃ comediſſe: ſic nec elemoſyna debet accipi q̃ dat̃ nomine excõmunicati: niſi legitima neceſſitate. Tertiũ humilitas ſubiectiõis vl' ſeruitutis: ſic ſunt filij qui ſunt in patris poteſtate vel etiã emãcipati qui ſunt cõmenſales patri ⁊ ab eo neceſſaria recipiunt: dũmodo tñ nõ ꝑticipãt in crimine damnato. Alij vero filij nõ excuſant̃ ſm Huil. Similit̃ excuſant̃ monachi ꝑticipãtes cũ abbate excõicato ſcðm Huil. quia ſunt quaſi familia eius: ⁊ clerici cõmunicantes epõ ſuo ſi ſunt eius officio ⁊ ſeruitio deputati: al's nõ ſm Hoſtieñ. Excuſant̃ etiã ſerui ⁊ ancille ſuilis cõditionis: ⁊ etiã ruſtici ſuientes ac ſimiles ſubiecti q̃ nõ ſunt ita curiales q̃ eoꝝ ꝯſilio ſcelera ꝑpetrant̃: qð etiaꝫ intelligit̃ de his q̃ colũt terrã eoꝝ ⁊ de mediatarijs: ⁊ q̃ ꝓpter culturã recipiũt certã portionẽ fructuũ tñ em̃ cõmũicare poſſũt q̃tũ oportet propter culturam ⁊ huiuſmodi. Nota tamen q̃ ſi tales perſõe ante excommunicationem ſe obligauerunt: ⁊ ſeruitium intrauerunt non tenent̃ diſcedere. Similiter ſi poſt excõmunicationẽ ſ; ignorauerunt eam: ſecus tamẽ ſi ſciuerunt ⁊ tñ ſe iniecerũt niſi nc̃citas eos cõpuliſſꝫ: q̃ fierent de familia illius. Et nota generaliter

ꝙ de p̄dictis psonis cessāte subiectiōe ces/
sare debet cōmunio nisi necessitatis articu
lus īmineat. Dicūt em̄ Uincē. ⁊ Joh. anð.
ꝙ nullus de nouo debet intrare familiam
excōicati: ⁊ ꝙ mercēnarij finito suo tpe cū
excōicato nō debēt annū reincipe. Idem ē
de obligatiōe ꝯiugū si soluant p diuortiū
⁊ ēt patrie potestatis si soluit p emācipati/
onē scʒ ꝙ non pōt postea patri cōicare sine
pena: vt notat Hos. ⁊ etiā Hosti. in sūmis:
ꝙ oēs psone cōtēte in. c. qm̄ multos. xj. q.
iij. vsqꝫ ad illū ꝟsiculū: quicūqꝫ suis supio
ribus excōicatꝭ cōicare tenent ꝓpter obno
xietatē qua tenēt illis astricti. s. vxores: fi/
lij: ancille seu mancipia rustici seruiētes ⁊
oēs alij de familia: q̄ nō sūt adeo curiales
ꝙ eoꝝ ꝯsilio scelera ꝑpetrant. Et additur
ibidē de illis nō vitādis q̄ excōicatis cōi/
cant: de quo articulo sumptū videt illð ꝙ
excōicatio nō trāsit ad tertiā psonam. Alie
vero psone q̄ tangunt in versu q̄cunqꝫ de/
bēt euitare cōmunionē nisi necessitatꝭ arti
culus īmineat: sʒ Inno. ⁊ ab. extra. e. ti. c.
Inter alia: vl' etiā causa vtilitatis de q̄ lo/
quit. xj. q. iij. c. p̄decessor. extra eo. ti. c. Si
vere: de qua vtilitate dictū ē supra: ꝓpter
h̄ em̄ ⁊ nutricij ⁊ similes psone cōicātes ex
cusant: q̄ si a dn̄o recederēt nō haberēt vn̄
viuerēt: ar. in di. c. si vere: vbi excusant q̄
cū nautis excōicatis ꝯueniūt de trāsferen
do cōtra sarracenos. Ex dictis igit genera
lit concludi pōt ꝙ cōicatio nccria vl' quasi
vtēdo iure suo tolerat: s volūtaria ⁊ ma/
xime deliciosa vl' criminosa dānat: ꝓpt ea
patres excusant ⁊ dn̄i pticipātes cū filijs
⁊ seruis excōicatis: non q̄dē simplr s scðm
Tho. in. iiij. di. xviij. in his in q̄bus sūt ob
ligati: qꝛ sicut īferiores obligant ad obse/
quiū supioꝝ: sic supiores ad ꝓuidentiā in/
terioꝝ ⁊ correctionē. Hinc eni si ex eoꝝ de/
fectu īciderūt vl' etiā pmanēt ī sentētia nō
excusant: secus si p eos nō stetit ⁊ instant
vt subditi querāt absolutionē. Sic condu
ctores mercēnarijs cōmunicare pn̄t vbi si/
ne magno incomodo eos vitare nō valēt.
Sic armiger vl' seruiēs militi excusat ei cō
municādo: nō tamē cōmunicādo cū excōi/
catis cū quibus dn̄s suus cōicat. Sic va/
salli tenēt reddere tributa ⁊ seruicia dn̄is
excōicatis in quibus sunt obligati: dum/
modo tamen non in crimine damnato.

Quarto excusa ignorantia facti proba/
bilis non tamē iuris: nisi illos quibus li/
cet ius ignorare: sicut sunt pueri doli non
capaces. Dicit aūt quis factū ignorare cū
ei nō ꝯstat ꝙ ille tale fecit: puta verberauit
clericū: qꝛ nec vidit nec est fama tā publica
ꝙ omnino credi debeat. Nā si ab aduersa
rio audit vl' leui fama: nō debet sibi de hoc
formare ꝯscientiā. Similiter si est fama pu
plica aliquē esse excōmunicatū ex facto oc
culto ꝯtra quē tn̄ nō est publica sentētia su
p hoc: nō teneor eū vitare: nisi postqꝫ sup h̄
se purgare recusauerit: vl' in purgatiōe de/
fecerit: si tn̄ est fama publica ꝙ notorie ali/
quid fecit ex quo maiorē excōmunicationē
incidit: vl' ꝙ publice excōmunicatꝰ sit: aut
a fidedignis hoc audio ꝙ eum audierunt
denunciari excōmunicatū: aut viderūt eū
fecisse q̄d ex q̄ maiorē excōmunicationē in/
cidit: teneor eū vitare donec veritatē īqui/
sierim: si vero ab excōmūicato audiero de
sua excōmunicatiōe extra sigillū cōfessiōis
teneor eū vitare: secꝰ tn̄ si audiero tm̄ in cō
fessione. Hic tamē notandū ꝙ licet excō/
municati etiā nō denūciati scðm cōmunia
iura deberent vitari: tamē p cōstitutionē
factā Cōstātie fuit illud modificatū: ⁊ ī cō
cilio Basilien. anteqꝫ scissura fierꝫ renoua
tū: scʒ ꝙ fideles nō teneant excōicatū eui/
tare in diuinis et extra: nisi fuerit publica
tus seu denunciatꝰ: excepto casu de inie/
ctione manuū notoria in psonas ecclesiasti
cas vl' religiosas: ⁊ idē est de alijs censurꝭ
ecclesiasticis. Cuius tenor est iste. Ad eui/
tandū scandala ⁊ pericula multa que con/
scientijs timoratis cōtingere possunt: om̄i/
bus christifidelibꝰ tenore p̄sentiuꝫ miseri/
corditer indulgemus: ꝙ nemo deinceps a
cōmuniōe alicuius sacramentoꝝ admini/
stratiōe vl' receptiōe aut alijs quibuscunqꝫ
diuinis intus vl' extra p̄textu cuiuscūqꝫ sē/
tentie aut cēsure eccl'iastice a iure vl' ab ho
mine ꝓmulgate: generalit teneant absti/
nere vel aliquē vitare aut interdictū eccle/
siasticū suare: nisi sentētia vl' censura hu/
iusmodi fuerit in vel cōtra psonā: collegi/
um: vniuersitatē eccl'ie cōitates vl' locū cer
tū vl' certā a iudice publicata vel denūcia/
ta specialit ⁊ exp̄sse: cōstitutiōibꝰ apl'icis ⁊
alijs in ꝯtrariū facientibꝰ nō obstātibꝰ q̄/
buscunqꝫ. Saluo si ꝯtra quem ꝓ sacrilega
manuū iniectione in clericū sentētiā latā a
canone: adeo notorie ꝯstiterit incidisse: qð
factū non posset aliqua tergiuersatiōe cela
ri: nec aliquo suffragio excusari. Nā a cō/
munione illius licet denunciatus non fue
rit volumꝰ abstineri iuxta canonicas san/

ctiones:hec ibi. Quinto excusat necessi/
tas tam excõicati q̃ ꝑticipãtis:qꝛ cũ indi/
gent põt excõicatis dari aliq̃d cã hũanita/
tis ẜm Guil. ꝛ si petũt hospiciũ non tenet̃
q̃s expectare donec fuerint ab omnib⁹ re/
pulsi: ꝛ intelligit̃ quo ad necessaria vite:
secus si petit vtensilia:vt fossoriũ: securim
ꝛ hmõi. Itẽ videt̃ casus necessitatis in ꝑti
cipante si vocat̃ a iudicibus excõicatis vt
stet iuri ꝛ cõpeat ꝛ iniuriatores suos cõuin
cat ẜm Guil. Similit̃ ꝑegrini: viatores et
sil'es in necessitate constituti licite possunt
ab excõmunicatis recipere vl' emere neces/
saria vite ẜm Inno.

De excõicatione ꝑ ꝑticipationẽ vsurarioꝝ: ꝛ qualiter absolut⁹ relabit̃ in eandẽ sententiã: et quãtã in homĩe iacturã operat̃ excõmunia/tio: Sermo XXIII

n On occides Exo.
xx. Ad maiorẽ euidentiã eoꝝ q̃
dicta sunt in sermone p̃cedẽti de
A ꝑticipãtibus excõicatis. Primo q̃ri põt
vtrũ videns aliquẽ incidere canonẽ ꝓpter
violentã manũ iniectionẽ ĩ clericũ:seu au/
diens eum publicari excõicatũ:nec eũ post
ea vidit infra annũ vel bienniũ:teneat̃ eũ/
dem vitare donec ei cõstat de alteri⁹ abso/
lutiõe. Ad hoc dicendũ ẜm Hein.boyc: et
alios doctores:q̧ si est vl' credat̃ hõ timo/
rate ↄ̄sciẽ nec ĩmemor sue salutis: ꝛ maxie
si eo tp̃e q̃ cõstetit mihi de eius excõicatiõe
seruabat sentẽtiã ꝛ mõ nõ seruat:põt alter
ꝓbabiliter credere q̧ sit absolut⁹ ꝛ ei sic cõ
municare: q̧ si prauus et dischol⁹ erat nec
sentẽtiã seruabat:tũc credũt doctores ip̃m
esse vitandũ sicut ab initio siue in publico
siue in occulto donec de absolutione hmõi
ꝓbabiliter p̃sumat̃. Cõcordat Guil. Se/
cũdo q̃ri põt: vtrũ audiẽs publicare quẽ/
piã excõicatũ colonie quẽ postea repit bo/
nonie vbi nihil scitur de eius excõicatiõe:
teneat̃ eum publice vitare. Ad hoc dicen/
dũ ẜm Guil. q̧ dicunt quidã: q̃n solus scit
aliquẽ excõmunicatũ nõ tenet̃ eum in pu/
blico vitare:sec⁹ tñ in casu ꝓposito etiã vbi
nihil scit̃ de illa excõicatione cũ crimen ei⁹
sit publicũ:ꝛ hoc est tutius. Quidã alij tñ
benigni⁹ r̃ñdent dicẽtes : q̧ si posset facile
ꝓbare publicatã excõcationẽ: vt qꝛ testes
habet ad ꝓbandũ vel instrumẽta:tũc eum
vitare tenet̃ vbicũq̧ inuenerit: al's eũ pu/
blice vitare non debet nisi in eadẽ diocesi.
Tertio queri põt an excõicati ꝑ statutũ or/
dinarij generaliter ꝓmulgatũ:sunt ꝓinde
excõmunicati ac si essent specialiter nomi/
nati. Ad hoc respõdendo Hein.boyc:facit
distinctionẽ in.c.a nobis.e.ti. dicẽs: quia
aut queris quãtũ ad hoc q̧ sint excõicati/
one ligati : ꝛ dic q̧ sic vt hic ita intelligo
glo. Bern.hic:aut q̃tũ ad hoc q̧ tanq̃ ex/
cõmunicati vitari debeant: ꝛ dic q̧ nõ:do/
nec sint deuicti vel denũciati: vt extra de
cleri.excõ.minist.c.ꝓposuit.§.j.vbi hoc no
tat Hosti. ꝛ eo.ti.c.cum nõ ab homine:vbi
idem notat:ꝛ hic. Et idem intelligo de ex/
cõmunicatis ꝑ sententiã generalit̃ ex cau/
sa ꝓmulgatã:vt eo.ti.c.romana.§.caueãt.
li.vj. Et sic breuiter patet de ꝑticipãtibus
excõicatis excõmunicatiõe maiore: non tñ
in crimine damnato:qualiter incurrũt ex/
cõmunicationẽ minorẽ. Nũc autẽ occurrit
casus singularis.s.de ꝑticipãtibus vsura/
rijs publicis: nã cum vsurarij publici lar/
ge tñ dicant̃ excõmunicati excõicatione
minori: eo q̧ nõ debent admitti ad cõmu/
nionẽ altaris vel eoꝝ oblatiões recipi de/
beant:nec si in h̃ peccato decesserint: chri/
stianã accipiãt sepulturã: vt extra de vsu/
ris.c.qꝛ in omnib⁹:tñ in quibusdã eis ꝑti/
cipantes excõmunicati sunt excõicatione
maiori: vt patet in clem. vna de vsur. que
incipit:ex graui.vbi subdit̃ : q̧ quicũq̧ co
mitatũ ipsaꝝ potestates: capitanei: recto/
res:cõsules: iudices: hec nomĩa sunt offi/
cialiũ ẜm varias locoꝝ cõsuetudines: ꝛ qꝛ
non omnia specificare põt: submittit hanc
clausulã generalẽ aut alij qui inter officia/
les: ꝛ addit cõsiliarij quo ad eos qui dant
cõsiliũ efficax. Sequit̃: Statuta hmõi face
re scribere vel dictare aut q̧ soluant̃ vsure
vel solute cũ repetunt̃ nõ restituant̃ plene
ac libere sciẽter iudicare p̃sumpserint:sen/
tentiã excõicationis incurrant:etiã eandẽ
sententiã incursuri nisi statuta hmõi hacte
nus edita de libris comunitatũ ip̃aꝝ si sup
hoc potestatẽ habuerint infra tres menses
deleuerint: aut si ip̃a statuta vel cõsuetudi
nes effectũ eoꝝ habẽtes quoquo mõ p̃sum
pserint obseruare:hec ibi. Pro quo nota
imponẽtes onera grauia repetẽtibus vsu/
ras: vt quãdo repetens vsuras in foro ec/
clesiastico ꝑ statutũ laicoꝝ cogit̃ vsurario
tanto tp̃e tantã mutuare pecuniã quanto
tempore ꝛ quãtam repetẽs ab vsurario re/

cepit: vel ꝙ nō seruāti statutū illud etiam
ius nō reddat: aut ꝙ certā collectā soluat
vel aliqͦd simile: talia sunt ꝓ quibꝰ p̄dicti
excōicationē incurrūt vł qualitercūq3 alˀs
impediūt repetitionē vsurarū: canonē in/
cidūt. Uerūtamē ponendo statutū ꝙ nul/
lus ꝓ vsura recipiat vltra duos denarios
in mense ꝓ libra nō erit locꝰ pene: ꝺm glo.
ꝛ Laud. dūmodo cesset fraus: qꝛ ꝓhiben/
do de maiori ꝑ hoc non ꝑmittit de minori:
ar. xxxj. q. j. c. hac ratiōe. Idē Pau. ꝛ Jo.
an. Itē sicut hic punit iudicātes vsuras sol
uendas: sic etiā scribētes iudicata si iudi/
catˀ ꝺm statuta de quibꝰ hic: secus si nō iu/
dicatˀ ꝺm statuta nec ponitˀ tenor statuti in
sentētia: sed tūc iudicans solū incurrit sen
tentiā. Cum enī hec constitutio sit penalis
extēdi non debet ad ꝑsonas nō exꝑssas: vt
in regu. iurˀ. In penis li. vj. Ad hoc etiā vt
hi qui talia statuta scribūt vł dictāt sint ex
cōmunicati requiritˀ ꝺm Paulū ꝙ tanq̄
officiales hoc faciant vt innuit textus. Ex
dictis igitˀ patet ꝙ officiales quicūq3 faci/
entes: dictātes vel scribētes talia statuta
vel iudicātes vsuras esse soluēdas vel nō
repetēdas: aut repetitas nō esse soluēdas:
statim ip̄o facto sunt excōicati: hi xͦo q̄ ha/
bent potestatē tā de iure q̄3 de facto statuta
iam facta delēdi ꝺm Paulū ꝛ Jo. an. si nō
deleuerint infra tres menses silˀr sunt excō
municati. Ex dictis etiā patet ꝙ non oīs
obseruantes dicta statuta sunt excōicati: ꝫ
tm̄ ꝑsone supius ī textu exp̄sse. Insuꝑ alia
ponitˀ excōicatio de quibusdā cōmunicā/
tibus li. vj. de vsurˀ. in. c. vsurarū voraginē
vbi districte p̄cipit: vt nec collegiū nec alia
vniuersitas vel singularis ꝑsona cuiuscū/
q3 sit dignitatis: cōditionis vel status: ali/
enigenas ꝛ alios nō oriūdos de t̄ris ip̄oꝝ
publice pecuniā fenebrē exercētes aut ex/
ercere volētes: ad hoc domos ī terris suis
cōducere vel cōductas habere aut alˀs ha/
bitare ꝑmittant: sed hmōi vsurarios mani
festos oēs infra tres menses de terris suis
expellant nunq̄3 decetero tales aliq̄s ad/
missuri: nemo illis ad fenus exercendū do
mos locet vel sub alio titulo quocūq3 con/
cedat: qui xͦo cōtrafecerit si ꝑsone fuerint
ecclˀiastice patriarche: archiepi: epi suspen
sionis: minores xͦo ꝑsone excōicationis: si
autē collegiū seu alia vniuersitas interdi/
cti sententiā se nouerit incursuros: quā si
per mensem animo sustinuerint indurato:
terre ipsorum q̄3diu in eis idem vsurarij cō
morantˀ: extūc ecclesiastico subiaceant in/
terdicto. Pro quo nota ꝺm Jo. an. in glo.
ꝙ manifesti vsurarij dicuntˀ illi de quibus
notoriū est de iure: vt quia confessi cōdem/
nati vel de facto: vel qꝛ habent opis euidē
tiā que nulla tergiuersatiōe celari potest:
vt qꝛ tenent mensam paratā. Et addit Jo.
an. ꝛ Lapus: ꝙ ex vnico actu pōt dici vsu/
rarius manifestus si actus ille ꝓbari pōt.
Addit insuꝑ Jo. an. in glo. si locans igno/
rat ip̄m vsurariū esse: tunc ignorātia ꝓba/
bilis ipsum excusat: postq̄3 tamē scit: ipsu3
expellere debet sub quocūq3 titulo illi con
cesserit etiā si nullo titulo illi cōcesserit: tn̄
si bona fide vendidit vel donauit tūc non
potest eum expellere. Ceterum quoniā vt
hec pena locum habeat: oportet ꝙ vsura/
rius non sit oriundus de terris illis: dicit
glo. ꝙ ille dicitˀ oriūdus in ciuitate qui na
scitur in ciuitate vel eius vico. ff. ad muni/
cipales. l. qui ex vico. vel etiā si pater eius
inde originē duxit. ff. e. l. assumptio. §. filiꝰ.
et. C. de municipalˀ. vel origina. l. j. et. l. fi/
lios. li. x. vnde si oriundus in vna ciuitate
ꝑmitteretˀ habitare ꝛ fenus exercere ī alia
ciuitate eiusdem domini: locus esset huic
pene: ꝺm Jo. an. in nouella. Et qd̄ in textu
dicitˀ de vniuersitate hoc clericus pisanus
intelligit de vniuersitate ecclesiastica non
seculari. Guilˀ. autem ꝛ Arch. intelligūt de
vtraq3: vt sic generaliter dictū generaliter
intelligatˀ extra de priuilˀ. c. quia circa. Jo.
an. in nouella dicit: ꝙ ille intellectus est ni
miū rigorosus ꝛ includeret totū orbē illud
interdictū: ideo prior intellectus sibi ma/
gis placet. Petrus dicit: credo ꝙ intelle/
ctus Guilˀ. ꝛ Archid. sit verior ꝛ assignat
plures ratiōes: textus tamē prime opinio/
ni cōsonare viderˀ qui subdit de laicis. Ce/
terum si laici fuerint ꝑ suos ordinarios ab
huiusmodi excessu omni cessante p̄uilegio
ꝑ censurā ecclesiasticā cōpescantˀ. Deniq3
similiter excōmunicati sunt sepeliētes vsu/
rarios manifestos: vt patet supra sermone
xvj. eiusdem p̄cepti. Porro in fine vidē/
dum est qualiter absolutus iterū relabitˀ
in eandem sententiā ꝑ ꝓpriam negligentiā.
Pro quo nota ꝙ q̄3tum ad hunc articulū
ponuntˀ principaliter duo canones. Quātū
ad primū sic habetˀ in li. vj. de sentē. excō.
c. eos qui a sententia canonis vel hominis
cum ad illum a quo de iure fuerant absol/
uendi nequiunt propter īminentes mortis
articulū: aut aliud impedimentū legitimū

ꝓ absolutiõis beneficio habere recursum ab alio absoluunt᷑: si cessante postea piculo vel impedimẽto huiusmodi se illi a quo his cessantib⁹ absolui debebant q̃cito cõmode poterũt cõtempserint p̃sentare: mãdatũ ipsius sup illis ꝓ quibus excõmunicati fuerãt humiliter recepturi ꝛ satisfacturi prout iusticia suadebit. Decernimus ne sic censure illudant᷑ ecclesiastice in eandez sententiã reincidere ipõ iure: hoc ibi. Ad cui⁹ euidentiã sciendũ: ꝙ a sentẽtia canonis ille absoluit cui canon reseruauit: ꝙ si nemini reseruauit absoluit ordinarius: sed a sententia homĩs ille absoluit qui ꝓtulit vel eius supior. Preterea mortis piculum non solũ est letalis infirmitas: sed etiã cũ timet hostẽ capitalẽ: aut obsessus est: aut ĩ manib⁹ p̃donis est: aut tyranni: aut etiam piculosum nauigium vel naufragium: aut trãsitus p loca piculosa ꝛ similia. Sic etiã multa sunt iusta impedimẽta que tamẽ nõ sunt mortis picula: ꝓpter iustũ igit᷑ impedimentũ ꝓueniens ex multis causis: vt. e. ti. ea noscit᷑. c. Quis: et. c. de his. possunt hmõi absolui ab alio: tenent᷑ tamẽ cõparere illi q̃ habet auctoritatẽ absoluendi eum extra casum necessitatis: ꝛ hoc qñ p̃mo cõmode poterit: id est ẜm Hosti. cessante impedimẽto ꝛ aliquo modico tempore indulto: quo q̃s sibi de necessarijs ꝓuidere valeat iuxta arbitrium boni ꝛ discreti viri ne ex friuolis excusatiõibus frigoris: caloris ꝛ similiũ cõstitutionẽ deludat: nec absolutus sit in negligẽtia vel fraude. Et hoc tenet Jo. an. ꝙ in quibuscũq̧ sentẽtijs iuris ꝛ homĩs locũ habet qđ hic dicit᷑: ꝙ reincidit ipso iure: nisi cõpareat post absolutionẽ si potest ꝛ pareat. Hinc iniungendũ est ei ꝙ cessante temporali impedimẽto se rep̃sentet illi q̃ poterat eũ absoluere: sed vbi est impedimentũ ꝑpetuũ nõ est hoc illi iniungendũ ẜm Arch. Qui etiã exponens verbũ ꝯtempserit dicit: ꝙ cõtemnere dicit᷑ hoc ipso: ꝙ iusta causa cessante se nõ studet p̃sentare. Quidã sunt casus in quib⁹ nullus absoluere potest nisi in mortis articulo: vt patet in falsarijs litteraꝝ dñi pape: ꝛ in sequẽtibus hostiliter cardinales: ꝛ iniuriose vel temerarie pcutientibus episcopũ vel bannientibus: ꝛ in religiosis ac clericis secularib⁹ inducẽtibus ad vouendũ eligere sepulturã: ꝛ sic de alijs quib⁹ addit᷑ ꝙ a talib⁹ absolui nõ possunt citra papã nisi in mortis articulo: sic etiã exprimit᷑ in sentẽtijs ꝓcessus annualis qui fit in curia ꝑ papam. Ottum etiã ad secũdũ habet᷑ in eo. c. eos. §. idem statuimus. de his de quib⁹ cũ a sede ap̃lica vel legatis ipius absolutiõis beneficiũ a quibusuis sentẽtijs ꝯsequunt᷑: iniungit᷑ vt ordinarioꝝ suoꝝ vel aliorum quorũlibet suscepturi penitentiã ab eisdez se cõspectui rep̃sentent: ꝛ passis iniuriam seu his quibus ꝓpter hoc existũt obligati satisfactionẽ exhibeãt cõpetentẽ: si hoc cũ p̃mũ cõmode poterũt adimplere nõ curauerint ex. s. in eadẽ sententiã relabant᷑: h̃ ibi. Or si querit᷑ cur isti sic remittunt᷑ ad suũ excõmunicatorẽ. Rñdet Jo. an. ĩ nouella. ꝙ in curia romana vel in in curijs legatoꝝ circũstantie in imponẽdis penitẽtijs sunt ponderande vel in satisfactionibus arbitrande. q̃ cum ibidẽ facile sciri nõ possunt: solent tales remitti sup his ad ordinarios vel alios qui sunt ĩ ptibus quos adire nõ curabant: nisi hic sic fuisset ꝓuisum. Et ꝑ h̃ ea que breuiter de diuersis excõicatiõibus annotata sunt gratia breuitatis sufficiãt.

Et tamẽ vnusquisq̧ diligẽtius se caueat ab excõicationũ sentẽtijs. Hic in fine videndum est: quanta ꝛ q̃multa damna sp̃ualia pariter ꝛ tẽporalia ꝑ excõicationẽ ꝯsequit᷑ christian⁹. Hinc dic᷑ Aug⁹. ꝛ habet᷑. xxiiij. q. iij. Corripiant᷑ ꝙ nulla est maior pena in ecclesia q̃ excõmunicatio. Primo quidem excõicatus non est susceptibilis alicui⁹ sacramenti q̃diu fuerit sic ligatus. iij. q. iiij. Engeltrudã. Ratio est: q: separat a corpore christi: vt ibidem dicit᷑ cuius virtute sacramenta ministrant᷑. Quapropter dicit Aug⁹. xj. q. iij. c. nihil sic debet formidare christianus q̃ separi a corpore christi: si eñ separat᷑ a corpore christi non est membrũ eius: si non est membrũ eius: non vegitat᷑ spiritu eius. Et si queris: cuius tunc membrũ efficitur: respondeo: ꝙ diaboli. Nam dicit Aug⁹. xj. q. iij. ca. Omnis christian⁹ dilectissimi qui a sacerdotibus excõmunicat᷑ sathane traditur: quomodo scz: quia extra ecclesiã est diabolus sicut in ecclesia christ⁹: ac ꝑ hoc quasi diabolo tradi dicit᷑: q̃ ab ecclastica cõmuniõe remouet᷑: vñ q̃s ap̃lus tunc sathane traditos p̃dicat excõmunicatos a se esse demõstrat: hoc ibi. Nã in ecclesia primitiua quãdo oportebat homines ad fidem inuitare ꝑ signa: sequebatur excõmunicationẽ alius effectus. s. manifesta exactio corpalis ipsius diaboli: vt patet. j. ad Coꝛ. v. h̃ nũc sp̃ualiter ꝛ inuisi

biliter sathane tradit. Secūdo priuat suffragijs ecclesie ꝑ qd̄ incurrit triplex incōmodū: q2 ꝫm magistrū sententiaꝝ: ⁊ Tho. in.iiij.di.xx. Ex suffragijs eccl'ie q̄s tria cōsequit: valent enī ad augmentū gratie eis scȝ qui gratiā habēt: ⁊ ad merendā eis qui nōdum habēt. Secūdo valent ad ꝓtectionē dei habendā que subtrahit excōicatis ⁊ sibijpsis relinquūtur: non tamē ꝙ oīno a diuina ꝓuidentia excludant. Tertio valent ad defendendū ab hostib⁹: sed ecōtra diabolo maior potestas seuiēdi dat in excōicatos tam corꝑaliter ꝙ spūaliter. Si tn̄ iniuste q̄s excōicat ⁊ excōicationē hūiliter seruat: tūc hūilitatis meritū recōpensat excōicationis damnū ꝫm Tho. ibidē: vn̄ ꝫm Rich. in.iiij. talis ꝑ hoc nō excludit a suffragijs eccl'ie: q2 nec eccl'ia hoc intendit. Et sil'e est si excōicat⁹ ex iusta causa penitet ac absolutionē diligētissime ꝓcurat ꝑatus facere qd̄ in se est. Tertio nō pōt excōicat⁹ cū alijs interesse diuinis: nec cū eis orare ī eccl'ia al's mortaliter peccat ꝓpter ꝓhibitionē ecclesie: nec etiā pōt extra tā ꝓpe stare ꝙ audiat diuina: vt ex̄ de pe. ⁊ re. qd̄ in te. nō tn̄ ei ꝓhibet simplex ingressus eccl'ie ex̄ temp⁹ diuinoꝝ: īmo pōt interesse p̄dicationi qn̄ nō dicunt ibidē diuina. Et si obligatus est ad horas tenet eas ꝑsoluere: nō tn̄ pōt hoc facere cū alio nō excōicato ꝫ dȝ solus legere ⁊ sine dn̄s vobiscū: nec mirū: cum etiā excludit a ꝑticipatōe fideliū etiā in loquēdo: salutādo: comedēdo ⁊c. eo mō quo dictū ē supra quātomagis in diuinis. Hinc si scienter excōicat⁹ ingerit se officijs alicui⁹ ordinis efficit irregularis: vt patebit: si tn̄ baptizaret vt vetula nō efficit irregularis: ⁊ qd̄ graui⁹ est nō solū excōmunicatio iusta excludit a regno celoꝝ ꝫ etiā iniuste lata: si cōtēnat: vt.xj.q.iij.c.nemo. Hinc Grego. dicit.e.ti.c. sentētia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timenda est.

Quarto nō pōt excōicatus suscipi ad religionē nisi p̄us absoluat: ⁊ hoc nec in ꝓbatiōe habit⁹ nec in ꝓfessione. Si tn̄ fuerit receptus vel ꝓfessus tenet: nec etiā pōt eligere nec eligi: vt ex̄ de cōsue.c.cū dilectus. ⁊ de elec.cū inter. R. Et si secus factū fuerit ipo iure talis electio nulla est: qd̄ Pe. de palu. dic̄ verū esse: etiā de electiōe in regē vel imꝑatorē: vt ex̄ de elec.c.ꝑ venerabilē. Sic nec pōt dare beneficiū: vt de excess. p̄la.c. tanta. Nec etiaȝ acquirere: extra de cler. ex. minist.c. postulasti. Et dum est in mora petendi absolutionē de bn̄ficijs habitis nihil ꝑcipiet: extra de appel.c. pastoralis. secus si nō est ī mora. Est etiā ab officio suspēsus: q2 nec ligare nec absoluere potest.xxix.q.ij.c.audiuimus. ꝙdiu tamē ab ecclesia tolerat valet qd̄ ab eo fit. Cōcordat Rich. in.iiij. distin.xviij. nisi forte esset notoriū. Omnis etiaȝ actus legitimus est sibi interdictus: ita ꝙ nec iudicare potest nec accusare nec testificari.iij.q.ij.§. euidēter. Et si vnus de iudicib⁹ sententiā ferentibus est excomunicat⁹: nō valet sententia si simul eam cū excōmunicato ꝓnunciant ꝫm Joh. de ligna. Etiā si fuerit excōmunicat⁹ iniuste dūmodo publice: vt de sentē. ⁊ re iudicata.c.ad ꝓbandum. quia facta ⁊ iudicata per excōmunicatū occulte valent etiam in spūalibus: vt si absolueret in foro conscientie ꝫm Pe. de palu. in.iiij. Idem Rich. ibidem. Nec etiā excōmunicat⁹ publice cōstitui potest ꝓcurator: vt extra de ꝓba.c. post cessionem. nec etiā constituere ꝓcuratorem: extra de ꝓcura.c.fi. Si tamē excōmunicatus est reus: potest in iudicio se defendere: ⁊ ad hoc ꝓcuratorem instituere: vt extra de iudi.c. intelleximus. Secus tamē si sit actor: vel si reus ⁊ cōueniat vel recōueniat vt dicto.c. post cessionē. Quinto excōmunicatio absoluit a iuramento fidelitatis.xvj.q.vj.c. nos sanctorum: et.c. iurātes. ꝫm Joh. de ligna. Et si quis alicui deberet in certo termino et interim creditor excōmunicaret: sed Bar. brix. ⁊ Joh. de ligna. non obligaret debitor ei soluere ꝙdiu ꝑseueraret in excōmunicatiōe. Sed ꝫm Jo. an. debitum deponat in edem sacram vt postea creditori absoluto detur. Quidā tamē consulūt vt illi soluat in termino cōstituto. Nec etiam talis matrimoniū cōtrahere potest: contractum tamē tenet: licȝ mortaliter peccet. Nec etiam valent littere per eum impetrate: nec etiam post absolutionē vti potest litteris impetratis excōmucatione pendente: ac post litem contestatā opponi potest contra eum exceptio excōmunicationis repulso excōmunicato ab agendo. Nec astringi quis potest pacto tacito vel expresso cōmunicare excōicato: nisi in casibus a iure ꝑmissis. Currit insuper contra eum p̄scriptio si est in mora petendi absolutionem nec dabit restitutio excōmunicato si p̄scriptuȝ sit ꝫm Joh. de ligna. Sexto nec ordinare potest vel ordinari quo ad executionem etiam si

ignorat: vnde ab ipso ordinati etiam ignoranter indigent dispēsatione quo ad executionem ordinis ꝑm Petrū de palu. ⁊ hoc siue episcopus ordinans fuerit excōmunicatus occulte siue publice cum tamē vtrobiqꝫ cōferat: sed in altero casu faciliter dispensat̃ ꝓpter ꝓbabilem ignorantiā: occulte tamē excōicatus absoluit in sacramento penitētie ⁊ tenet absolutio q̄uis grauiter peccet. Ratio est ꝑm eundē Pe. quia causa vniuoca cōicat formā suā ꝑm modū quem habet. Et q2 in cōferēdis ordinib9 se habet epūs vt causa quodāmodo vniuoca: cōferre nō pōt executionē quā nō habet. Sed in collatione penitentie sacerdos se habet vt instrumentū equiuocū in conferendo gratiā: etiam si nō habet: ⁊ ideo valet absolutio. Septimo excōmunicatus decedens nō debet in loco sacro sepeliri: nec debet ꝓ eo fieri oblatio nec oratio: nisi ante mortē apparuissent in eo signa cōtritionis: quia tunc post mortē potest absolui. xxiiij. q. ij. c. sane. Secreta tamē oratione potest orari ꝓ excōmunicatis ꝑm Pe. de perusio: nec etiā cadauer eius facit locum religiosum: sicut cadauer fidelis nō excōmunicati: ꝑm Joh. de ligna. ⁊ si potest discerni debet de loco sacro ꝓijci: ⁊ sic de alijs.

De duplici interdicto. s. generali: ⁊ quātū vnūquodqꝫ se extendit ⁊ de duplici cessatione a diuinis: Sermo XXIIII

Non occides Exo. xx. Expediti iam vtcūqꝫ de sentētijs excōmunicatiōis: nūc breuit̃ expediendū est de alia censura ecclesiastica: que dicit̃ interdictū. Est enī interdictū sepatio quedā a certis sacramētis ⁊ ab omnibus diuinis officijs ad ecclesiastica sepultura: vt patet extra de sponsal. c. nō est vobis: ⁊ de peni. ⁊ remis. c. q̄d in te. sed de

A hoc postea plenius videbit̃. Notandum igit̃ q͛ interdictū est duplex. s. generale et speciale. Generale quidē dicit̃ quod fert̃ contra regnū ꝓuinciā ciuitatē castrū villā vniuersitatē vel collegiū: ⁊ huiusmodi interdictū generale fert̃ qn̄qꝫ a iure qn̄qꝫ ad homiē: ⁊ qn̄qꝫ ab vtroqꝫ. A iure nāqꝫ fert̃ primo cum collegiū vel vniuersitas ciuitatis vel loci cogit ecclesias vl' ecclesiasticas psonas soluere guidagia vel pedagia vel ab ipsis ecclesijs vel ecclesiasticis psonis exigit vel extorquet ꝓ ꝓprijs rebus quas non causa negociatiōis deferūt: vnde hoc ipso sunt interdicti: ꝑm Jo. calō. vt de censibus. c. quāq̄. li. vj. tamē cōmuniter non tenet̃ ista opinio eo q͛ iste casus more vtētium nō est approbatus: sed ꝓ contrariā cōsuetudinē derogatus dist. iiij. §. leges. Nō autē sic est de sententia excōmunicationis que subito trahit secū suum effectum. Secūdo fert̃ a iure in vniuersitatē cū aliqua vniuersitas concedit repsalias contra psonas ecclesiasticas vel cōtra alios cōcessas extēdit ad illas nisi reuocauerit eas infra mēsem a tempore cōcessionis vel extensionis: vt de iniur. ⁊ dam. da. c. si pignorationes. li. vj. Tertio fert̃ in vniuersitatē: cum vniuersitas locauit domo vel conductas habere permiserit vsurarijs alienigenis in terra sua ad exercendū fenus: vt de vsur. c. j. li. vj. Quarto fertur in locum vel ciuitatem cum officiales ciuitatis ī qua debet romani pontificis electio celebrari: vel repsentantes ipsam ciuitatem non seruauerint ea ad que tenent̃ p. c. vbi piculum. de de elec. li. vj. vel fraudem in eis vel circa ea cōmiserint: tunc illa ciuitas est interdicta ipō iure: vt eo. c. §. ciuitas. Quīto queuis ciuitas est interdicta ꝓter vrbem que consentit dando consiliū vel fauorem hostiliter psequētibus: capientibus vel ꝑcutientibus cardinalē sancte romane ecclesie: vl' que infra mensem dilinquens huiusmodi ꝓut enormitas faciētis exigerit ⁊ ei facultas affuerit nō puniuerit: vt li. vj. de penis c. felicis. Sexto ciuitas interdicit̃ que ꝓpriū episcopū iniuriose vel temere ꝑcusserit vel ceperit vel bannierit aut hoc fieri mādauerit aut consiliū ad hoc dederit seu fauorem: aut hoc facientē scienter defensauerit: vt in cle. de penis. si quis suadente. Porro casum qui ponit̃ cōtra clerum soluentem diuersas exactiōes laicis. in. vj. de imu. eccle. gratia breuitatis omitto: quia reuocatus est ꝑ clemē. vt patet eo. ti. c. qm̄. in clemē. Et nota generaliter q͛ interdicta ciuitate nō sunt homiēs ciuitatis: interdicti sed interdicto ꝑso omnes de populo sunt interdicti: vt li. vj. de sentē. ex. c. si sentētia. Item Hein. boyc in. c. ex pte abbatisse de priuil'. cum ecclesia tm̄ interdicit̃: tunc nec clerus nec populus ꝑ hoc censet̃ interdictus: vnde possunt clerici alibi celebrare ⁊ populus audire diuina. Cum ꝟo clerus

tm̄ interdicit tūc nec ecclesia nec populus
censet interdictus: ⁊ sic pōt alius clerus
ibidē veniens diuina celebrare. Cū denīq
populus interdicit tūc clerus non intelli/
git interdictus: vt de rescriptis.c. sedes.
Nam in hoc casu vel silr̄ appellatiōe popu
li nō ꝯtinet clerus nec ecōuerso: nisi aliud
exprimat ꝺm Hosti. cuiꝰ opinio approbat
de sen.excō. si sententia.li.vj.⁊ ibi.⁊ ꝑ Jo.
an. In fauorabilibꝰ tn̄ maxime attenta ꝓ/
pria significatiōe verbi appellatiōe populi
videt clerus cōprehendi: ar. de foro cōpe.
c. dilecti. cū ibi notatis. Et Jo.cal. intelli/
git appellatiōe cleri nō solū cōtineri ꝓmo/
tos ad ordines: sed etiā religiosos cōuer/
sos ⁊ conuersas: qui ita sunt ad ecclesiam
translati ꝙ de populo dici non possunt: vt
xij.q.j.c. duo sunt.⁊ de ꝑuil.c. vt ꝑuilegia.
c.penul. de sen.excō. nō dubiū. Nota tamē
ꝙ interdicto loco sub appellatiōe ciuitatis
castri ville vel hmōi: ꝙuis tūc nō sunt int/
dicti ciues illiꝰ loci: hoc tn̄ sane intelligit
cū interdicit locus ꝓpter delictū domini
vel alicuiꝰ singularis ꝑsone: ⁊ ipi nō dede
rūt causam interdicto: secus autē si ꝓpter
delictū ciuiū vel populi vel vniuersitatis
ipius loci interdictū ponit: vt in.c. si sen/
tentia. rn̄so.ij. de sen.excō.li.vj. Ad maio/
rē autē euidentiā sciendū: ꝙ dū interdicit
aliqs locus sub appellatiōe regni: ꝓuincie
ciuitat: castri: ville: terre vel loci: tūc etiā
ipoꝝ locoꝝ suburbia ⁊ cōtinentia edificia
intelligunt interdicta: de sen.excō. si ciui/
tas.li.vj. ꝙ si suburbia ⁊ habitātes in eis
nō sunt de iurisdictiōe loci interdicti siue
vniuersitatis: tamē ꝺm Joh.cal. nec in eis
pōt celebrari ꝓpter rationē dicti.c. si ciui/
tas.§. ne vilipendat interdicti sententia: ⁊
sic interdictū ꝓmulgatū in locū includit
suburbia ⁊ cōtinētia edificia etiā in nullo
subiecta dicto loco vel vniuersitati ipius:
secꝰ tn̄ esse videt si ꝓferens interdictū non
habebat iurisdictionē spūalē in suburbijs
vel cōtinētibus edificijs: licz illā haberet ī
locū quē interdixit: vt li.vj. de ꝯsti.c.ij. ve/
rūtamē pōderata rōne.c. si ciuitas. dici pōt
ꝙ etiā hoc casu suburbia ⁊ cōtinētia edifi/
cia adherentia loco interdicto intelligant
interdicta non ab homīe ꝫ a iure: simile est
extra de sen.excō.c. nuꝑ. Et si querit vsq
ad quē locū durāt suburbia cōtinētia edi/
ficia ⁊ adherētia. Ad hoc dicendū: ꝙ si cō/
suetudine statuto vel vsu vulgari hoc ap/
paret: tūc standū est tali interꝑtationi: vt
dist.j.c. ꝯsuetudo.⁊ de spōsal.c. ex lr̄is. sin
aūt. tūc arbitrio viri: id est iudicis hoc de/
termineт: vt de offi. dele.c. de causis.ij. re/
spōso: vn̄ in dicto.c. si ciuitas. suꝑ illud: cō
tinentia edificia: dicit glo. hoc esse iudicis
arbitrio relinquēdū. Et silr̄ dicendū est de
locis adherētibus: nā ꝺm Jo.cal. licz ꝓpe
ciuitatē vel locū interdictū nō sit aliquod
edificiū: nihilominꝰ tn̄ loca adherentia lo/
co interdicto debēt intelligi interdicta: sic
ꝙ in eis celebrari nō valeat sine violatiōe
interdicti: alioqn vilipenderet interdicti
sentētia ꝫ.c. si ciuitas. verūtn̄ adherentia
vel cōtigua suburbijs vel cōtinētijs edifi/
cijs nō intelligunt interdicta: alioqn seq/
ret ꝙ adherētia adherētibus vniuersalit
essent interdicta: ⁊ sic interdicto loco vno
totus mūdus esset interdictus: quod esset
absurdū dicere: ⁊ hoc tenet Jo.an. de po/
stul.c.j. qui dat sile de eo qd̄ dicit: ꝙ excōi
catio non transit in tertiā ꝑsonā: xj.q.iij.c.
qm̄. Preterea si indistincte interdicitur
terra alicuiꝰ dn̄i: tūc non solū intelligit de
ea q̄ sua est absolute ⁊ simplicit: vel etiā q̄
ad dominiū iurisdictionale: de postu.c.j. d
offi. dele.c. sane.ij. d̄ iureiur.c. ex rescripto.
de spō.c. nō est vobis. sed etiā de ea quam
tenet in feudū vel emphiteosim: qꝛ in his
casibus spectat ad eū vtile dominiū: ⁊ silr̄
de ea quā tenet rōne dotis vxoris: qꝛ cōstā
te matrimonio maritꝰ est dn̄s dotis. Et si
terras habet in diuersis ꝓuincijs ꝓ ꝑte et
ꝓ diuiso: tūc oēs ille ꝑtes subiacent inter/
dicto: secus si ꝓ indiuiso: ne innocens pu/
niat: ar.li.vj. de ꝓben.c. vlti. in fi. si tamē
talis dn̄s interim nouā terrā acquirit illā
interdictū nō includit: ⁊ si terrā iā interdi
ctā vendit vel ꝑdit ꝓpter hoc interdictū
nō tollit: cū onus rei cū ipa re transeat: de
deci.c. pastoralis.c. cū nō sit. de pignor.c.
ex lr̄is. terra aūt impignorata non subijcit
tali interdicto nisi ꝓferens dixerit: interdi
co terrā quā talis tenet. Hoc etiā scien/
dū: ꝙ qn̄ villa: castrū vel locus interdicit
vocat interdictū generale: licz ibidē esset
tm̄ vna ecclīa vel etiā nulla: qm̄ al's etiam
extra ecclesiā illā celebrari posset solēniter
ꝙuis illud sine causa fieri non debet: vt de
cōse. di.j.c. cōcedimꝰ. Sed qꝛ censet inter/
dictū generale: includit oīa loca singula/
ria ⁊ plana in qbꝰ al's celebrari posset: ⁊ h
qtū ad loca generalit interdicta. Porro
qtū ad ꝑsonas generalit intdictas sciēdū
ꝙ qn̄ aliqd̄ cōe vel ꝯplus vel vniuersitas

contractus nomīať:qꝛ ibi trahunť partiū
volūtates: trahiť eñ iſte ad transferendū
in illū a cōmodo qđ expectat ab illo. Unđ
ſm Guil'. Cōtractus eſt vltro citroqꝫ obli/
gatio ex volūtate partiū cōſurgens: vt em
ptio:venditio:locatio: cōductio:mutuū ꝛ
ſimilia:quaſi cōtractus eſt obligatio q̄ q̄s
obligať alicui ex aliquo officio vel facto li
cito ꝛ honeſto: licꝫ nō interueniat expreſſa
volūtas vtriuſqꝫ:vt tutela vľ cura aut ne/
gociorū alienoꝝ geſtio ꝛ hmōi: nam q̄uis
pupillus habens tutorē aut pubes aut fu/
rioſus habens curatorē:vel ille cuiꝰ igno/
rantis gerit quis negociū:non exp̄ſſe con/
traxerit: nihilominus tutor curator ꝛ ne/
gociorū geſtor obligať quaſi contraxiſſet:
Idem Ulricus. Hic queri pōt de contra/
ctibus quot modis fieri poſſunt:transferē
do dominia terum in alterū. Ad hoc dicen
dum: ꝙ principaliter fiunt tribus modis.
Nam p̄mo ſunt quidam cōtractus rei vti/
lis ꝓ re vtili īmediate:ſicut cum datur vi/
num ꝓ blado: oleum ꝓ frumēto ꝛ ſimilia:
ꝛ talis cōtractus diciť rerum permutatio:
Unde ſm Sco.in.iiij. circa iuſtam rerum
pmutationē talis regula dari poteſt:ꝙ do
mini rerū iuſte eas permutāt: ſi ſine frau/
de ſeruent equalitatē valoris in cōmutatis
ſm rectā rationē. Notanter autē diciť ſine
fraude: ad excludendā triplicē fraudem.
Primā que ꝯtingit in ſubſtantia: vt ſcꝫ in
cōmutatione nō det auricalcū ꝓ auro: nec
vinum lymphatū pro vino puro: Secūdā
vo fraudem que cōtingit in quātitate rei:
ſiue quātitas menſureť per virgam:ſiue p
pondus ſiue p menſurā aut per aliū modū
vnde oportet ꝙ debita quātitas ſerueť pō
deris menſure vel numeri:ſiue in aridis ſi/
ue in liquidis. Tertiā deniqꝫ fraudē caue/
re debet in qualitate rei: vt.ſ.non cōmutet
rem corruptam aut veterem pro ſana ꝛ no/
ua:non carnes infectas pro recentibus:et
hec omnia probanť extra de iniuř. ꝛ dam.
da.c.Si culpa tua damnū eſt datum vľ in/
iuria irrogata:ſiue alijs irrogantibꝰ opem
forte tuliſti: aut hoc imperitia tua ſiue ne/
gligentia euenerit: iure ſup his ſatiſfacere
te oportet:nec ignorantia te excuſat: ſi ſci/
re debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimi/
liter poſſe cōtingere vel iacturam:ꝙ ſi ani/
malia tua nocuiſſe ꝓponas:nihilominꝰ ad
ſatiſfactionē teneris:niſi ea dando damnū
paſſis velis liberare teipſum: qđ tamē ad
liberationē non proficit ſi fera animalia vľ
que cōſueuerunt nocere fuiſſent:ꝛ quā de/
bueras non curaſti diligentiam adhibere.
Sane licꝫ qui occaſionem damni dat dam/
nū dediſſe videť: ſecus tamē eſt de illo di/
cendū qui vt nō cōtingeret de cōtingenti/
bus nil omiſit:hoc ibi. In quibꝰ verbis ſa
tis claret quāta cautela ſit p̄ueniendū alio
rum damnū. Unde ſi quis defraudat aliū
in ſubſtantia qui pmutando putat ſe aliā
accipere vel in quātitate vel in qualitate:
id eſt qui putat accipere aliquid quātū vel
quale dat occaſionē damni: quia nō pmu/
taret niſi crederet aliā accipere ſubſtantiā
quātitatē vel qualitatē:ꝛ ergo videť de p̄/
ſumptione iuris ꝛ ſm veritatē dediſſe dam
nū. Si vo inaduertēter aut ignoranter ali/
quis predictorū defectuū repertus fuerit
in re vendita:tunc venditor excuſať a pec/
cato:nihilominꝰ tamē cum puenerit ad no
ticiā illius damnū illatum emptori:recom
penſare teneť: ſicut poſtea latius videbiť
in cōtractu emptionis ꝛ venditionis. Se/
cūdo dicit regula p̄dicta ꝙ ſeruent equali/
tatem valoris in cōmutatis:qꝛ dicit Aug.
xiij.de trini.c.iij. ꝙ vile velle emere ꝛ cha/
re velle vendere reuera vitiū eſt:nimirū cū
in vtroqꝫ iuſtū excedit p̄ciū: nā iuſtū p̄ciū
eſt qđ ē ſm cōmunē eſtimationē fori occur/
rētis:ſm ꝙ res q̄ vendiť in illo loco cōiter
valere poteſt:qꝛ ſm Hoſti. ꝛ Ray. Iuſtum
preciū conſiderať reſpectu temporis con/
tractus: nec attendi debet ꝙ pluri ſit em/
ptū ꝛ minori vendať vel ecōuerſo ꝙ plus
offerať. Tertio additur ī dicta regula ſm
rectam rationem attendentē: ſcꝫ naturam
rei ad vſum humanū propter quē iſta per/
mutatio fit. Talis autem equalitas ſcōm
rectam rationem non cōſiſtit in indiuiſibi/
li medio quod reſpicit ipſa iuſticia cōmu/
tatiua : ſed debet penſari valor eius in re/
ſpectu ad vſum noſtrū: ꝛ ad probabile iu/
diciū humane eſtimationis: menſurantis
valorem infra limites latitudinis compe/
tentis:de qua latitudine poſtea videbiť in
ſermone de emptiōe ꝛ venditiōe: cū pluri/
bꝰ alijs etiā ptinētibꝰ ad ipaꝫ pmutationē.
Secūdo vo ſūt quidā cōtractus rei vtilis
ꝓ nūmiſmate vel ecōtra:nā quia qñqꝫ diffi

cile fuerat res vsuales cōmutare imediate. Hinc remediū illud reptū est: p qd talis cōmutatio defacili fieri posset: qd vocat nūmisma. ff. de ꝯhen. emp. l. j. τ tunc cōmutatio nūmismatis ꝓ re vtili vel vsuali emptio dicit. Ecōtra vo venditio nominat. Et de hoc cōtractu Sco. in. iiij. similē ponit regulā priori dicēs: Or dñi rerū iuste eas vēdūt vel emūt si sine fraude cōseruent equalitatem valoris in venditis τ emptis ꝟm rectā rōnem. Cuius expositio satis claret ex iaȝ dictis de permutatiōe. Tertio deniq; sunt quidā cōtractus alij. s. nūmismatis ꝓ nūmismate: τ talis cōtractus mutuū nomiat id ē mutui datio τ mutui acceptio: mutuū enim dicit: qꝛ de meo fit tuū: qd vtiq; dari deberet gratis nihil inde sperando: iuxta illud Luc. vj. Mutuū date nihil inde sperantes: vnde hec duo differūt mutuare et cōmodare: qꝛ ꝓprie res illas mutuam⁹ que trāseunt in dominiū recipiētis: vt denarios: nā res mutua fit illi⁹ cui mutuū erogat vt. ff. de re. credi. τ si cer. pe. l. mutuū appellata. Sȝ illas res cōmodam⁹ vl' accōmodam⁹ q̄ reddi debēt in eodē esse. s. q̄ nō trāseūt in possessionē recipientis: vt cōmodo tibi equum nō ad ꝓprietatem sed ad cōmodum vel vtilitatem. Cōmodare nāq; dicit quasi cum modo temporis ad aliū transferre: τ sic patet qualiter transfert dominiū rei in alterum p cōtractū in liberali donatiōe: in rerū pmutatiōe: in emptiōe τ venditione: in mutui datione τ mutui acceptiōe: τ his correspōdent alij cōtractus in quibus non transfertur dominiū rei sed tm̄modo vsus illius vel ius vtendi. Nam liberali donationi dominij correspōdet vsus rei cōmodatio: de qua supra. Secūdo rerum pmutationi correspōdet mutua vel pmutua cōmodatio: que cōmodatio liberalis est ꝟm quid: vt cōmodo tibi equū ad vsum: et tu cōmodas mihi vaccam. Tertio emptioni correspōdet cōductio: quia cōductor emit vsum rei. s. vsum domus agri fundi τ similiū: τ pōt cōductor rem conductā vlterius alteri locare: vt. C. eo. l. nemo. τ tūc res posterioris cōductoris obligate sunt pncipali dño vsq; ad illam quātitatē qua τ iste secūdus cōductor tenet priori: vt. ff. e. l. si in lege. §. si colonus. Cōducit etiā quis aliqn̄ vsum hūane artis vel opatiōis ꝓ determinato pcio τc. Quarto venditiōi correspondet locatio: dicit eni locator q̄ rei sue vsuȝ alteri ꝓ precio cōcedit: vt cum loco domū meā tibi: tūc ego sum locator: tu vo cōductor: dicit etiā quis locare suas opas qn̄ se offert ad faciendū aliquid ꝓ pcio: vel etiā qn̄ accipit rem vt faciat in ea aliquid qd dicit innomiatus cōtractus. Et nota generaliter ꝟm Hosti. ꝙ oīa bona cōductoris inuecta et illata in rustico pdio sciente dño: nisi ad temp⁹ inferant tacite: sūt obligata dño ꝓ pensiōe: i vrbano aūt pdio nō distinguo vtrū dñs sciat vel nesciat. C. de locato l. certi. vñ talis obligatio tacita pignoris inducta est multis modis ꝓ debitis cōtractis vel cōtrahēdis in diuersis admistrationib⁹ curis vel cōductiōibus τ silibus: τ hoc ꝑpter securitatē: qꝛ tutius est incūbere pignori q̄ agere in psonā: vt insti. de obli. q̄ ex delic. na. §. furti. vñ qn̄ transeūt in potestatē creditoris dicunt pignus: sed q̄diu remanēt apud debitorē dicunt hypotheca nō tāmē differūt q̄tū ad actionē. Quinto deniq; mutui acceptioni nō correspōdet aliquid ꝓprie in translatione vsus rei: sed hic est singularis ferus qui quotidie deuorat τ depascit pauperes τ inopes viduas τ orphanos iniuriatos τ oppressos: nam tanta rapacitas in cōgregando diuitias viget in plerisq;: ꝙ velut insatiabile chaos inferni oīa ꝓ posse deuorare querētes iuste vel iniuste: nullū hominē in mūdo diuitem esse vellent: vt ipi soli cuncta possiderēt: quoꝝ auaricia modū nō habet: nec capiendo explet sed magis excitat: τ eo egentior fit q̄ plura quesiuit: verūtamē vt dicit Cassiod. vltra oēs crudelitates est diuitē fieri velle de exiguitate mēdici: ament honesta lucra horreant damnosa cōpendia: nullus audeat inde tollere que debeat collecta dispgere addendo perdit que retinēdo collegerit: τ paupertatē potius ad se trahit si egētiū pecunias nō repellit: sed hec intelligere nolunt auari: qꝛ dicit Ambro. sup Job. ꝙ sicut hi qui p insaniam mente translati sunt: nō iam res ipas sed passionis sue fantasias vidēt: ita etiā mens auari semel vinculis cupiditatis astricta: semper aurum: semp argentū videre credit: semp reddit⁹ computat: aurum gratius q̄ solem intuet ipsa ei⁹ oratio τ supplicatio ad dominū aurum querit: aurum petit: τ qd extreme demētie est: sicut dicit Seneca lib. de morib⁹ Monstro similis est auaricia senilis: quid enim sibi vult nō intelligo: nam q̄d absurdius vt dici solet q̄ quo minus restat vie: eo plus viatici querere: τ via deficiēte via/

Dr̄a inter Mutuū et cōmodatū

ticum augere. Quod a nobis auertat chri/ſtus ieſus.

De emptione ꝛ venditiōe ꝑ mē/dacia piuria: ꝑ verba duplicia: de/ceptoria: diffamatoria: ꝓmiſſoria ꝛ cōputatoria: Sermo XXVI

On furtum facies:

n Exo.xx. Jam ordine debito poſt ꝓmiſſa ꝓſequēdum eſt de ſeptima circūſtantia in mercantijs: qua negociatio redditur illicita: que eſt circūſtantia modi ꝓut tactum eſt in ꝑmo ſermone de iniuſte mercātias exercētibus que profecto circū/ſtantia multifarie ad deceptionē cautelo/ſis vtif iniuſticijs: latius de eadem eſt ꝓ/ſequendum. Primus nāq꜅ modus iniuſte mercationis ꝛ cōtractuū cōſiſtit in multi/plici mendacio. Ad cuius maiorē euidē/tiam ea diſtinguere placuit in.vij. genera mēdaciorū. Primo nāq꜅ vendūt vel emūt verbis ſimpliciter mendoſis loquēs cōtra mentē ſuā: vt ſcʒ alios decipiant: ꝛ illi Ju/de comparanf qui chriſtū ꝑ pecunia ven/didit: ſic eñi iſti veritatē ꝛ fraternā charita tē ꝑ lucro vendūt: vt patet.xj.q.iij.c.abijt vbi ſubdif: qui veritatē ꝑ pecunia negant deum pecunia vendūt: ipſe dixit: Ego ſum veritas: cum ſocietatem fraternitatis ali/q̄ diſcordie peſte cōmaculāt deū ꝑdunt: qꝛ de⁹ charitas eſt: qui ḡ veritatis ꝛ charita/tis iuſſa ſpernūt: deū vtiq꜅ q̄ charitas eſt ꝛ ꝛ veritas perdūt: maxime cū nō infirmita/te vel ignorantia peccant: hoc ibi. Ūñ tan/ta prochdolor inter ementes ꝛ vendentes inueterata regnat abuſio: ꝙ nec emere nec vendere ſciunt ſine deceptiōe mendacioꝝ. De quibus ait ps.v. Non eſt in ore eorum veritas: cor eorū vanū eſt. et Prouerb.xx. Malū eſt: malū eſt: dicit omnis emptor: et cum receſſerit gloriabif.ſ. ꝓximū decepiſ/ſe: hi ſunt igif qui portant characterē be/ſtie.ſ.diaboli antichriſti in fronte et manu dextera: ꝑ quem aptiſſime mendaciū deſi/gnaf: nō quodcūq꜅: ſed qd̄ falſum eſt ma/terialiter ꝛ formaliter: qꝛ hoc habet perfe/ctā rationē mendacij: mendaciū eñi nomi/naf ex eo ꝙ cōtra mentē dicif: dum ſic q̄s falſum ſcienter loquif ſicut in hoc caſu: et hoc non ſolū ex ꝓpoſito vano ſed etiā ꝑni/cioſo: vnde ſi intentio mentientis fert ad deceptionē ꝛ nocumentū ꝓximi q̄tum ad ꝑſonam diuitias aut famā: tunc ſm Tho. ſcd̄a 2ᵉ.q.xc. eſt peccatū mortale: cum no/cere ꝓximo ſit mortale peccatū. Cui cōcor. Rich.de media villa. Et licʒ tale nocumē/tū non ꝑducaf ad effectū: nihilomin⁹ tamē eſt mortale peccatū: qꝛ vt dicit Tho. ibidē ex ſola intentiōe peccati mortalis aliquis mortalif peccat: ꝙ ſi ꝑ talia mēdacia deci/piūt tūc obligant ad reſtitutionē. Uerūtñ ſi ꝑ talia mēdacia nō intēdūt ꝓximo noce/re ſed ſeipos indēnes ſeruare: tūc nō eſt ꝑ/ꝑrie mēdaciū ꝑnicioſum nec peccatū mor/tale: niſi hoc fiat ex aſſiduitate ꝛ mala con ſuetudine: tūc eñi ſm Hoſti. mortale pecca tū eſt: ſicut ebritas que cū aſſidua eſt mor/talis culpa eſt: vt.xxv.diſt.§.alias. vbi di/cif: Ebritas ſi aſſidua ſit in numero morta/liū peccatorū ponif. Et ideo punif.xxxv. diſt.c.epus. vñ dicif Ecci.xx. potior ē fur q̄ aſſiduitas viri mēdacis: ꝑditionē autēʒ ambo hereditabūt. Jn quib⁹ verbis furē ꝑfert illi q̄ aſſidue mendaciū loquif. Qd̄ potiſſime cōtingit in emptiōe et venditiōe cū ꝓcedit ex auaricia: ꝛ ideo ꝑmiſit eccl'ia/ſticus.c.x. nihil iniqu⁹ q̄ amare pecuniā: hoc eñi ꝛ animā ſuā venalē hʒ. Sed quāto putas ꝑcio cū eam redemit chriſt⁹ ſanguine ſuo ꝓprio? Audi chriſtū in ps.lxj. rñdentē: Preciū meū cogitauerūt repellere: ꝓch/pudor etiā ꝑ obulo minimo. Nā multi in contractib⁹ ꝓpter obulū nō verenf iterare mēdacia piuria deceptiōes ꝛ ſilia: nunq̄ tñ de illo lucrū habituri: hinc merito conclu/dit ps.v. dicēs: Perdes oēs qui loquunf mēdaciū.ſ.ꝑnicioſum. Secūdo vo q̄daʒ malū addēres malo vendūt vel emūt mul/tiplicibus iuramētis imo ꝛ piurijs. Ūnde lxxxviij.di.c.eijciens. qd̄ tñ quedā decreta nō habēt ſubdit Chryſ. Mercator ſine mē dacio ꝛ piurio eſſe nō pōt: id eſt difficulter eſſe pōt. Hoc eñi ꝛ ipi quotidie fatenf: vix eñi alicui credūt niſi iurāti. O deteſtanda oꝛis abuſio: neſcire vēdere minutā cuiuſli/bet mercis viliſſime ſine iuramētis ꝛ piu/rijs: ꝛ hoc ideo: qꝛ ſm ꝓpham nō eſt timor dei ante oculos eoꝝ. O rabies mūdane cu/piditatis totiens abſq꜅ lucro plerūq꜅ peiera/re. De q̄bus ait Caſſiod. Negociatores illi abomīabiles eſtimanf q̄ iuſticiā dei mini/me ꝯſiderātes ꝑ īmoderatū pecunie ambi/tū polluūf: merces ſuas plus piurijs one/rātes q̄ ꝑcijs. Hic qri pōt: vtrū oīe piu/riū ſit mortale peccatū: ꝓſertim cū h̄ graue videref ꝓpter lingue lubricitatē: cū etiā ſe/

pius cõtingat in ioco peierare. Ad hoc re/
spondet sanctus Tho. scđa 2e. q. xcviij. ꝙ
ꝺm doctrinã philosophi propter qđ vnũ/
quodqꝫ tale illud magis: videmus autẽ ꝙ
ea que de se sunt peccata venialia vel etiaꝫ
bona ex genere: si in contemptũ dei fiant
sunt peccata mortalia: multomagis ergo
quicquid est qđ de sui ratione ꝑtinet ad cõ
temptũ est mortale peccatũ: ꝑiurium auteꝫ
de sui ratione importat cõtemptum dei: ⁊
ideo manifestũ est ꝙ ex suo genere mortale
peccatũ est: etiã si iocose ꝑiurat aut coact⁹:
dũmodo ꝑcipiat se iurare ⁊ qđ iurat credit
falsum esse: quia cõtra p̃ceptũ est qđ ponit
Leuit. xix. Non periurabis: de quo plura
ponunt in secudo p̃cepto. Quid sentien
dum est de his qui industriose deliberato
animo ⁊ ꝓposito peierare nõ verent: ⁊ hoc
ad decipiendũ ꝓximũ periurio ꝑnicioso.
Vtiqꝫ censendũ est esse peccatũ equipa/
randum detestabili homicidio: immo ꝺm
Tho. in quodlibetis: ꝑiurium solẽne gra/
uius est homicidio: qꝛ ex hoc ip̃o ꝙ in cau/
sa cuiuslibet peccati defert iuramentũ: ma
nifeste ostendit ꝙ ꝑiurium ꝓ maximo pec
cato debet haberi: nec ĩmerito: quia ꝑiura
re nomẽ dei videt quedã diuini nominis
denegacio: hinc ꝺm locum tenet post idola
triã: vt patet ex ordine p̃ceptorũ. Et ex his
patet q̃uili lucro detestabile vitium ꝑiurij
miseri mercatores incurrunt. Tertio ꝓ/
inde vendũt vel emũt cum duplicitatibus
qđ maxime ꝑtinet ad mediatores mercãti/
arũ seu censales: theutonice vnter kauffer:
qui vtriqꝫ ꝑti placere volentes: vtriusqꝫ se
mentiunt fautores: vtrosqꝫ tamen sepius
decipientes: nũc enim ementem: nunc ecõ/
tra vendentẽ decipiunt: ad ꝓpriũ dũtaxta
lucrum ⁊ cõmodum inhiantes. Hi sunt fu/
res sceleratissimi ex vtraqꝫ parte preciũ ac/
ceptantes: vt vterqꝫ fidelitatem exhibeat:
cum tamẽ sepius vtrosqꝫ decipiat. Contra
quos dicit Eccl'iasti. ij. Ve duplici corde:
id est affectu ad decipiendũ: ⁊ labijs scele/
stis: id est qui etiã ore ꝑsequunt huiusmo/
di affectũ: ⁊ manibus malefacientibus: id
est qui ⁊ opere ꝑficiunt: ⁊ peccatori ingre/
dienti duabus vijs: ostendẽs se amicum ⁊
exhibens inimicũ corde ore ⁊ opere. Quã/
tum autẽ malũ sit hoc ostendit domin⁹ in
ps̃. liiij. loquẽs de Juda. Si inimicus me⁹
maledixisset mihi: sustiuuissem vtiqꝫ scꝫ le/
uius. Et si is qui oderat me magna lo. fuis/
set: abscon. me for. ab eo. Tu xo Judas hõ
vnanimis: scꝫ q̃tum ad apparentiam: dux
meus: id est comes itineris: et notus me⁹:
qui simul me. du. ca. ci. Et subdit increpa/
tionẽ maledictiõis cõtra tales dicẽs: Ve/
niat mors sup illos descen. ad infe. viuen/
tes. Refert beatus Bernhardinus in suo
quadragesimali: de quodã censali vel me/
diatore mercantiarũ: qui vt ementibus et
vendẽtibus vel saltem vni parti eorũ men
dacijs suis se gratum redderet: ꝓ firman/
do p̃cio inter eos ꝑsonaliter astans: clam
ictu oculi vel pedis ementi vel vendenti:
aut vtriqꝫ pariter innuebat: vt mercatum
inter eos omnino cõcluderet. Tandemqꝫ
post firmatã int' eos venditionẽ ⁊ emptio/
nem si alter eorũ de chara venditione seu
vili emptione lamentabat respõdere sole/
bat: ideo clam innuebam tibi ne facere de/
beres. Simile quiddã legitur Prouerb.
xxvj. vbi dicit: Sicut noxius est qui mit/
tit lanceas ⁊ sagittas in mortẽ: ita vir qui
fraudulẽter nocet amico suo: ⁊ cum fuerit
dep̃hensus dicit: ludens feci. vnde officiũ
tam ꝑiculosum merito computandũ est in/
ter illa: que vix aut nunqꝫ exerceri possunt
cum salute anime sue: quia huic ꝓprie con/
uenit similitudo illa que ponit Eccl'iastici
xxvij. Propter inopiã: glo. cordis vel ope
ris multi deliquerũt: ⁊ qui querit locuple/
tari auertit oculũ suum: scꝫ a timore dei: si/
cut in medio compaginis lapidũ palus fi/
gitur: que scꝫ palus premit ⁊ murus dissi/
patur potius ꝙ roborat: sic intermedium
emptionis ⁊ venditiõis angustiabit pec/
catis: quia vtriqꝫ parti vult applaudere in
manifesto: ⁊ decipere in occulto: sicqꝫ pre/
mitur peccatis ⁊ dissipat deceptionibus.

Quarto equidẽ emunt ⁊ vendũt cũ ver/
bis sophisticis: id est deceptorijs obscuris
⁊ inuolutionibus plenis: nam in mercan/
do sua verba tam astute componũt ⁊ ornãt
ꝙ ad plures etiã contrarios sensus appli/
cari possunt: dantes per hec incautis ⁊ sim
plicibus aliter intelligere q̃ sit ĩ veritate:
putantes per hoc euadere mendacij discri/
men: quod econtra magis adaugẽt. Quia
dicit Eccl'iastici. xxxvij. qui sophistice lo/
quit: glo. ad decipiendũ ⁊ ad capiendum
gloriã humanã ⁊ fauorem: odibilis est: scꝫ
deo ⁊ hominib⁹: his etiam sophismatibus
vti solent begutte que circũlocutiue ⁊ pa/
rabolice dissimulant verũ vt euadant mẽ/
daciũ: his etiã vti solent mercatores ad rei
vendende defectũ indirecte occultanduꝫ.

Ad cuius euidentiã queri potest: an pec/
cent qui vendendo equos dicere solent em/
ptori: ego tibi vendo hunc equũ ꝓ vmbro/
so strumoso infirmo: ⁊ sic de alijs defectib⁹
qui solent esse in equis: quos tamẽ defect⁹
equus nõ habet nisi forte vnũ sed occultũ
quem defectum si sciret emptor vix daret
illius precij medietatẽ: an inquã talis ven
ditor excusat̃ ꝑ hoc ꝙ in genere dixit defe/
ctum equi. Ad hoc respõdet Bern̄. in suo
quadragesimali: ꝙ talis venditor tenetur
emptori dicere defectũ illum in speciali: qꝛ
al's rem notabiliter maculatã vendit cum
detrimento proximi qd̕ est contra charita/
tem: nec sufficit sic exprimere in generali:
p̄sertim cum hoc in fraudẽ faciant vt cre/
dant emptores ꝙ sicut nullũ inueniũt de/
fectum manifestũ: sic nec inesse credũt ali/
quem occultum. Similiter vendẽtes pan/
nos ⁊ similia nõ satisfaciũt si dicunt: respi/
ce rem diligẽter oculus pascat te: quia hec
omnia fraudulenta sunt verba cũ ipsemet
sciant certitudinaliter defectũ rei venden/
de notabilem esse. Ex huiusmodi enĩ con/
tractib⁹ sepius emens incurrit grande pe/
riculũ ⁊ damnũ imminet venditori fraudu
lento qui tenet̃ ad restitutionẽ totius dam
ni: vt extra de iniur̃. ⁊ dam. da. c. si culpa.
Insuper incurrit dispendiũ salutis anime
sue qd̕ grauius est omni damno: ꝙ si res
plus iusto p̄cio vendit̃ ꝓpter latentẽ defe
ctum: tunc ignorans hoc ignorantia ꝓba/
bili licꝫ peccare non videat̃: tamen postꝙ̃
ad eius noticiã ꝑuenerit ad debitam recõ/
pensationẽ obligat̃. Quinto p̄terea qui/
dam emunt vl' vendũt cũ iniurijs aliorum
mercatorũ: aliorũ merces diffamãtes iniu/
ste vt suas charius vendant: qd̕ est menda
ciũ valde ꝑniciosum ex multis cõcurrenti/
bus. Primũ enĩ est negatio veritatis. Se/
cundum est intentio fallendi: quia vt dicit
Aug⁹. ⁊ habet̃. xxij. q. ij. §. ille ergo. ꝙ mẽ/
daciũ est falsa significatio vocis cum intẽ/
tione fallendi. Tertiũ est iniuria ꝓximi ꝗ
p̄peditur ne vendere valeat merces suas.
Quartũ est diffamatio proximi: qꝛ hoc no
tat̃ esse minus iustus ꝙ mercib⁹ corruptis
ꝓximos decipere suspicat̃: nam audiẽtes
hoc disseminãt hanc infamiã inter merca/
tores vel vicinos: qui tamẽ minus peccãt
si merces illas corruptas esse putant. Pri/
mus autẽ diffamator maliciosus est ⁊ gra/
uius peccat: vnde in dicto. §. ille ergo. sub/
dit̃. Sed cũ fallere semꝑ sit volũtatis: falli
aũt vel infirmitatis vl' temeritatis: graui⁹
fit qd̕ ex voluntate ꝙ̃ qd̕ ex temeritate vel
infirmitate procedit. Quintũ est deceptio
mendosa illi⁹ qui rem suã compare deside
rat: qꝛ sic̃ rem ꝓximi nimis diffamat men/
daciter: sic ⁊ ꝓpriã nimis cõmendat vt alte/
rũ decipiat: qd̕ si fecerit obligat̃ ad triplicẽ
restitutionẽ faciendã. Primo illi quẽ deci
pit in vendẽdo. Secũdo illi quẽ spoliat fa/
ma sua eum diffamãdo. Tertio tenet̃ ad re
cõpensationẽ damni qd̕ diffamat⁹ sustinet
ꝑ hoc in nõ vendẽdo: ⁊ suꝑ hec blasphema
uit veritatẽ ⁊ lacerauit charitatẽ: dans al/
teri occasionẽ inuidie ⁊ odij sempit̃ni: vñ ta/
le mendaciũ multo graui⁹ ẽ ꝙ̃ furtũ ꝓpter
diuersa cõcomitãtia. Sexto aũt quidam C
emũt ꝓmissiõib⁹ aut etiã p̄stitis iuramẽtis
ad solutionem certo tp̄e faciendã: sub dolo
fraude se cõstringẽtes aĩo fallẽdi. Ad cui⁹
euidentiã queri põt: vtrũ ille peccat ꝗ ali/
quid ꝓmittit qd̕ tñ nõ implet: p̄sertim cum
dicat̃. xxij. q. iiij. c. vnusq̇sꝗ. Or si ꝓmittit
ꝗs aliq̇d inhonestũ: tolerabili⁹ est ꝓmissũ
nõ facere ꝙ̃ facere qd̕ turpe est. Ad hoc di/
cendũ ꝑ distinctionẽ: aut enĩ ꝓmittit quis
qd̕ est illicitũ ⁊ inhonestũ: ⁊ tũc taliter pro
mittens grauiter peccat: siue ꝓposuerit ad/
implere siue nõ: nec tale ꝓmissũ adimplere
debꝫ si nõ est honestũ: imo si tẽdit dũtaxat
ad inhonestatẽ q̄nꝗ seruari: nõ debet etiã
si sine interitu salutis eterne seruari posset
vt patet exp̄ssum ex̄ de iureiu. in. c. quẽad/
modũ. vbi ponit exemplũ vnũ de eo ꝗ iura
uit se ducturũ mulierẽ in vxorẽ q̄ tñ interĩ
fornicata est: ⁊ de alio q̇ ducens vxorẽ iura
uit ꝙ nunꝙ̃ eaꝫ dimitteret: q̄ sil'iter postea
adulteriũ ꝑpetrauit: quapropt̃ neuter eoꝝ
ꝓmissum adimplere tenet̃: ꝓpter cõditiões
subintellectas: si videlicet p̄ma ꝯ despõsa/
tionis legẽ nõ veniret: ⁊ si secũda ĩ lege cõ/
iugij non peccaret. Et qd̕ magis est si talis
mulier in m̄rimoniũ acceptã da fieret inte/
rim leprosa paralitica: vel amitteret oculũ
aut nasum: tũc sil'r nõ obligaret̃ ad ꝑficien
dũ ꝓmissũ: vt pꝫ in textu: ⁊ h̄ ideo ꝭm glo.
qꝛ honestas intelligit̃ in h̄ iuramento vt si
res in eodẽ statu ꝑmãserit: secus tñ esset si
mulier laberet̃ in facultatib⁹: ꝙ si ꝑ violẽ/
tiã opprimeret̃ spõsa de futuro nõ tenet̃ ser
uare ꝓmissum eã ducẽdo: vt dic̃ ibidẽ glo.
Si vo ꝓmittit quod est honestũ ⁊ licitum:
tũc ꝭm Tho. scđa 2e. q. cx. Si ꝓmittẽs ha/
bet animũ adimplendi quod ꝓmittit non
mentit̃: quia nõ loquit̃ contra id qd̕ gerit

in mente: si tamē probabiliter credebat se
posse ꝑficere. Or si temerarie credebat: q̄a
cām credēdi nō hēbat: tūc nō excusat̄ a mē
dacio ꝑnicioso: quia in dispendiū est alte/
rius. Preterea si non ꝑficit qđ fideli men/
te ꝓmisit: tunc infideliter agit animū mu/
tando. potest tamē excusari duob⁹ modis.
Primo si ꝓmisit id quod est illicitum ma/
nifeste: quia tūc ꝓmittendo peccat: sed mu
tando ꝓpositum bene facit. Alio modo si
sunt mutate cōditiones ꝑsonarum ⁊ nego/
ciorū: vnde Seneca de bñficijs dicit: Ad
hoc ꝙ homo teneat̄ facere que ꝓmisit: re/
quit̄ ꝙ omnia īmutata ꝑmaneant: alioq̄n
nec fuit mendax in ꝓmittendo: quia pro/
misit qđ habebat in mente subintellectis
debitis cōditionibus: nec est infidelis nō
implendo qđ ꝓmisit: quia eedem cōditio/
nes non extant. Hinc apostol⁹ nō est men/
titus qui non iuit corinthum quo se tamē
iterum ꝓmisit. ij. Corinth. j. ⁊ hoc propter
impedimenta que suꝑuenerant. Si deniq̄
quod ꝓmisit animū implendi non habuit
licʒ postea adimpleat tamē mendacij reus
est ⁊ ꝓmissionis transgressor in voluntate
iudicat̄: quod vtiq̄ in ꝑsenti ꝓposito men
daciū ꝑniciosum esset: ac non adimplentē
ad recompensationē condignā obligaret:
tam q̄tum ad capitale q̄ʒ etiam q̄tum ad
omne interesse. Verūtamē alteri fidem ꝓ/
missam non tenenti promissa fides de ne/
cessitate non est tenenda: vt patet extra de
iureiurand. c. iij. ⁊ in glo. Septimo deni/
q̄ quidam in emptione ⁊ venditione deci/
pere nitunt̄ falsis computatiōibus: maxi/
me quādo cum inexꝑtis simplicib⁹ vel ru/
sticis computationē faciunt. Et quicquid
in hoc decipere ꝑualent lucrum reputant:
aut alter minus iusto in solutione recepit:
aut plus iusto soluit: totū in abissum aua/
ricie trahunt. Sicut enim insidiant̄ aranee
muscis in foraminibus muri: sic huiusmo/
di quotidie simplicibus hominibus insi/
diantur ī apothecis suis. Sicut vulgo di/
ci solet de puella q̄ de vita inquirens quā/
ti constaret: accepto responso petijt aliam
magis ꝑciosaʒ ⁊c̄. Cōtra tales dicit̄ Thes/
sal. iiij. Nemo circūueniat in negocio fra/
trem suū quoniā vindex est domin⁹. Unde
in ꝑsona decepti dicit̄ Ozee. xj. Circūue/
nit me effraim in negociatione sua ⁊ in do/
lo domus sue. Effraim crescens interꝑtat̄
⁊ signat impios mercatores qui ꝑ malicio/
sas circūuentiones diuitijs crescunt. Sed
iusto dei iudicio eueniet eis quod dicitur
Job. xx. Diuitias quas deuorauit euomet
⁊ de ventre eius extrahet ea deus. Quod
a nobis auertat christus iesus. Ad laudē
dei omnipotētis.

De deceptionib⁹ mercatorū in pondere: mensura: moneta: ꝑcio ⁊ macula: in defectiōe: admixtiōe ⁊ corruptione: Sermo XXVII

Non furtum facies.

n Exod. xx. Viso de multiplici men
dacio ꝑnicioso quod cōtingit ver
bis ad decipiendū ꝓximū: secūdo loco pro/
cedendum est de multiplici mendacio qđ
cōtingit facto ad ꝓximoꝝ circūuentiōʒ qđ
vtiq̄ non minoris est criminis: quia dicit
Tho. in quodlibetis: ꝙ cum eadem sit in
vtroq̄ mēdacio fallendi intētio hinc vter/
q̄ peccat equaliter: verbū enim ⁊ factum
assumit̄ vt instrumentū fallendi: ⁊ ideo nō
refert q̄tum ad peccatum: vtrum aliquis
verbo: scripto nutu vel quocūq̄ facto men
tiatur: sicut nec refert q̄tum ad homicidiū
vtrum quis interficiat gladio vel securi. B
Sciendū est igitur ꝙ quinq̄ sunt homi/
num genera precipue mercatoꝝ: qui factis
mendosis ꝓximos circūueniunt ad deci/
piendum. Primo nāq̄ quidam laqueum
deceptionis tendūt in varijs ponderibus
⁊ mensuris: contra illud Deut. xxv. Non
habebis ī sacculo tuo diuersa pōdera ma/
ius ⁊ minus: nec erit in domo tua modius
maior ⁊ minor: pondus habebis iustum et
verum ⁊c̄. Qđ sane intelligendū est in vno
loco vel in vna ciuitate: nam ꝫm Tho. mē/
suras venaliū rerum necesse est esse diuer/
sas in diuersis locis: propter diuersitatem
copie vel inopie rerum: quia vbi res abun
dant mensure maiores esse cōsueuerunt et
ecōuerso. In quolibet tamē loco sunt men/
sure determiāte publica auctoritate vel an
tiqua cōsuetudine: quas ꝑterire non licet.
Et simile iudiciū est de ponderibus. Hic
ergo queri potest de ponderibus ⁊ mensu/
ris: an. s. vtens corruptis ponderibus vel
mensuris: non ꝑ superiorē sed ꝑ plebeios
tā in vrbe tota cōmuniter introductis pec/
cet: ꝑsertim cum his qui iustas mensuras.
⁊ iusta pondera mutant lucri causa peni/
tentia imponit̄: extra de empti. ⁊ vendi. c.
vt mensure. vbi ponit̄ penitētia: xxx. dierū

in pane ⁊ aq̄: preť punitionē legis q̄ puni/
ri debet: vt tāgit glo. Ad h̄ rñdet. s. Bern
bardinus in tractatu de contractibus ꝙ si
etiā hmōi corruptiōe aliq̄ iusto p̄cio frau/
dātur ꝓ eoꝙ credūt mensuras esse veras
⁊ pondera iusta sicut prius erāt: tūc hmōi
fraudator peccat mortaliť ⁊ damnum frau
dis restituere tenetur. Si vero iusto precio
non fraudanť nec vtēs eis ad fraudē vta/
tur iusti p̄cij: non teneť aliquid restituere
Quis peccet non reuelādo mensure corru/
ptionē his quos credit eam latere: sed for/
te non mortaliter peccat qñ corruptio com
munis est: quia satis de hoc data est ratio
ꝙ huiusmodi corruptio omnibꝰ īnotescat
Si autē oēs tā domestici q̄ꝫ forenses cōmu
niter sciūt ponderꝫ ⁊ mensurarꝫ quātitatez
quibus vtunť post cōmunē corruptionez:
tūc nō cadit in eis fraus vľ fasitas cū omi/
bus notū sit. Preterea si corruptio talis es/
set ꝙ vnā mensurā scꝫ maiorem tenerēt ad
emendū ⁊ aliā ad vendēdū. s. minorē: tunc
nisi alter cū q̄ mercať h̄ sciat est semꝑ culpa
mortalis: h̄ em̄ est ꝓprium qd̄ ꝓhibetur in
Deuť. in ꝟbis p̄dictis. Inť quos etiaꝫ hij
cōnumeranť q̄ ad decipiendū emētes hu/
mectant mercātias suas: sic̄ qñꝙ fit in om
nibus fere speciebus. Similiť ī lana: lino
⁊ infinitis alijs q̄ pondere mensuranť: qui
omnes obliganť ad restitutionē. Parifor
miter sunt in h̄ scelere cōputati q̄ monetas
in pōdere diminuūt radēdo vľ lauādo: cō/
tra q̄s leges ꝓmulgāt penas graues: q̄dā
etiā tales monetas ī pōdere grauiores eli/
gentes maiori p̄cio alienāt. Pro q̄ notan/
dū ꝺm Tho. ꝙ si tales emissent summatim
aliquā monetā argenteā vľ aureā: q̄rū ali/
que deficerēt a debito pōdere aliq̄ ꝟo sup/
adderēt ⁊ alique tenerēt iustā estimatiōez
sicut cōiter fieri solet ad deceptionē reipu/
bli. tūc illicitū eēt peiores cōmuni p̄cio: me
liores ꝟo maiori p̄cio alienare: q2 qd̄ abū/
dat in melioribus deficit in peiorib9: vnde
peccāt grauiť monetarij q̄ monetā vni9 va
loris faciūt eē diuersi pōderꝭ ad spoliā duꝫ
cōmunitatē: q2 qd̄ vni adijciunt alteri sub/
trahūt: ⁊ ide sequunť tales cupiditates in
iuste. Ceterꝫ queri pōt de his q̄ tāte fame
sunt ꝙ aduenietes ponūt pōdus mensurā
imo ⁊ preciū rerū quas habere desiderant
ī iudicio ⁊ arbitrio eorꝫ: at illi nihilomin9
tales simpliciť fidētes nequiť decipe non
vereni. Ad h̄ rñdet. s. Bernhardi. vbi. s.
ꝙ rōnabiliť dici pōt si vēditores hmōi taľ
estimatiōis aut fame sint in ꝑplo: aut tā ꝑ/
fecti status ꝙ ꝟbo eorꝫ plus stať q̄ꝫ alteri9
iuramēto: tūc a mortali nō excusanť rei ve
nalis p̄ciū mēdaciť alterādo: vľ etiā men/
dose dicēdo: tantū ꝯstitit mihi: vľ tātū po/
tui habere de illo: q2 ꝑinde est ac si emptor
se cōmitteret fidei vēditoris. ⁊ h̄ vēditor ac
ceptaret: ac tandē ꝯtra fidē acceptā ⁊ datā
infideliť sua vēderet: talis execrabilē frau
dē facit ⁊ obligať ad restitutionez: ⁊ vltra
hoc mortaliť peccat agēs ꝯtra pactuꝫ date
fidei. Nimirꝫ cū dicať. xxiij. q. j. c. noli: qd̄
fides etiā hosti ꝺuāda est ꝯ quē bellū geri/ B
tur: q̄tomagis amico: ⁊. xxij. q. iiij. c. inno/
cēs. Secūdo q̄dā decipiūt mēdaci facto:
dū merces falsas: mixtas vľ corruptas tra
dūt tanq̄ꝫ sanas: puras ⁊ veras. Ad cuius
euidentiā q̄ri pōt vtrū sit culpa mortaľ ob
ligans ad restitutionē rē vēdere: in q̄ ē ma
cula vel fraus occulta quā vēditor nō ma/
nifestat ementi. Ad hoc dicēdū ꝙ rei vēdē
de pōt inesse triplex macula. s. in defectiōe:
admixtiōe ⁊ corruptiōe. Primo pōt inesse
macula in defectiōe: ⁊ q̄tū ad illā maculaꝫ
scꝫ defectiōis dicendū ꝺm Tho. scd̄a. 2e. q.
lxxvij. ⁊ ꝺm Sco. in. iiij. di. xv. ꝙ circa rem
vendēdā triplex defectus ꝯsiderari potest
Primus est scd̄m substātiā: vt si q̄s vēdit
auricalcū ꝓ auro: stannum ꝓ argento: aut
ecōuerso emit a simplici ⁊ inexꝑto vēditore
aurū ꝓ auricalco vľ argentū ꝓ stanno: vel
denariū magni valoris ꝓ denario ꝑui va/
loris: equitatē iusti p̄cij notabiliť excedēs
⁊ talis simpliciť obligať ad restitutionem
⁊ cū hoc peccat mortaliť fraude ꝓximū cir
cūueniēs: vnde tantū creuit hec pestis ma
ledicta ꝙ vix inueniť mercator expers illi
us cū fere occurrat ī oībus mercib9: vt vē/
dant vnā ꝓ reliq̄: eo ꝙ fere oēs merces li/
cet sint eiusdē generis: tñ sunt maioris va/
loris ⁊ vtilitatis ex vno loco adducte q̄ꝫ ex
alio: qd̄ cōtingit vel ex natura patrie vľ eti
am ex beneficio humane īdustrie: sic̄ lana
de anglia melior ē q̄ꝫ de Scotia: ⁊ artificia
in vna ciuitate facta meliora sunt q̄ꝫ in alia
⁊ sic de īfinitis alijs: cōiter aūt mercatores
suas merces vēdūt ꝓ meliori vľ ex natura
vel ex industria: cū tñ in veritate non sint
de melioribus: ⁊ sic grauiť peccāt ⁊ ad re/
stitutionē obliganť. Hinc scd̄o pōt esse de/
fectus in qualitate: sicut iā patuit: q2 mer/
ces sic vendite nō sunt talis valoris qualis
esse putāt emptores: eo ꝙ merces vendūt
alterius speciei. Tertio potest esse defect9

in quãtitate de quo similiť supra dictũ est.
Mixtum vero ad scdaʒ maculã scʒ admixti/
onis: cũ in re vẽdẽda falsas aut peregrĩas
mixturas aut cõpositiões occulte addũt fe
re in oĩa substãtia vẽdibili: sic̃ faciũt multi
mercatores aromatarij ac etiam artifices:
imo pene oẽs artificijs ⁊ mercãtijs lucrati
uis incũbentes: qꝺ ꝑcipue dñs lamentať.
Esa. j. dicẽs: Argẽtũ tuũ versũ est in scoriã
scʒ ꝑ cõmixtionẽ stanni vľ plũbi: vinũ tuũ
mixtũ est aqua. Sed alia lr̃a habet caupo/
nes tui ⁊ tabernarij tui miscẽt vinũ aq̃. Se
quiť heu cõsolabor suꝑ hostib⁹ meis ⁊ vin
dicabor de inimicis meis: ⁊ cõuertã manũ
meã ad te scʒ puniẽdũ: ⁊ excoquã ad purũ
scoriã tuã. Lyra loquiť ad modũ fabri q̃ ꝑ
virtutẽ ignis cõsumit q̃cq̃d ẽ ĩpuritatis ĩ au
ro vel argẽto. Hic ꝗ̃ri põt vtꝝ ponens
mixturas in mercib⁹ peccet ⁊ ad restitutio
nẽ teneať. Ad h̃ rñdet Bern. in tracta. de
ꝯtractib⁹: ꝙ si talis mercator ꝓpť hmõi cõ
mixtiones vẽdit illas merces vltra extre/
mos limites iusti ꝑcij: tũc totũ illud quod
plus recepit obligať restituere: ⁊ vltra h̃ te
neť ad interesse si alť ꝑ hoc dãnũ passus ẽ.
Si vero ꝑ hoc nõ intẽdit nisi iustũ ꝑciũ ci/
tius extorq̃re: tũc ad satisfactionẽ nõ obli
gať: ꝑsertim si certitudinaliť vľ multũ ꝓ/
babiliť scit iustũ ꝑciũ nõ excessisse: ꝙ si du/
bitat tũc teneť ꝓ eo ꝙ certus est de fraude
sua. Ad maiorẽ tñ euidentiã sciendũ ꝙ du
plex est genus cõmixtionũ: nã q̃dã sũt ad/
mixtiões ficticie q̃ quasi in nullo mutant
valorẽ rei venalis: ⁊ in talib⁹ nõ peccant si
faciũt intẽtione sola sobriũ ⁊ iustũ lucꝝ ex/
torquẽdi. Alie vero sunt admixtiões ꝑni/
tiose q̃ virtutẽ ⁊ valorẽ notabiliť minuũt:
q̃ sunt oĩno ꝯtra ꝓprias ⁊ cões intẽtiões
emptoꝝ: ⁊ tales omnino sint illicite q̃uis
etiã nihil vltra iustũ preciuʒ recipiũt. Nõ ẽ
q᷑ taliũ vsus saltẽ in frequẽtatiõe sua mor
talis est culpa: ꝓut patet in illis q̃ in vino
mebiũ miscẽt vt floridus in eo color eluce/
scat: cũ tñ diciť ꝙ tale mebiũ in vino mira
biliť capiti ⁊ stomacho sit nociuũ. Si tamẽ
virtutis minucio modica sit ⁊ ꝑciũ iustũ:
tũc nõ puto nisi peccatũ veniale: h̃ Bern.
Sed arguũt in ꝯtrariũ mercatores dicen/
tes. Quilibet põt miscere rei sue qꝺ vult
saltẽ anteꝗ̃ eã venalẽ expõat: non aũt post
vini ꝑconiʒationẽ nec post merciũ vẽditio
nẽ ⁊ ego assẽtio. Põt iterꝝ inq̃s merces sic
mixtas venales exponere: nec ego ꝯ̃dico:
sed oportet ꝙ in vẽditione defectũ illũ mi/
xture plane notifices emptorib⁹ si vis eua
dere dispendiũ mortalis criminis. Ratio
ẽ q᷑ ꝯstat omnibus ꝙ lex ⁊ ꝯsuetudo ciui/
tatis est ꝙ vendať vinuʒ puꝝ ⁊ merces nõ
mixta: sed talis ꝯtra vtrũq; fraudulenť in
cedit: cũ hoc etiã eius intẽtio corrupta cõ/
stat esse maledicta auaricia: in hac etiã ma
cula cõprehenduntur illi q̃ vẽdũt merces cor
ruptas ꝓ sanis: qꝺ ꝯtingere solet etiaʒ in
omnibus fere mercib⁹: scʒ ĩ carnib⁹: ouis:
piscibus: maximũ q̃ʒ periculũ ĩminet apo/
thecarijs ⁊ similib⁹: q̃ in seropis ⁊ medici/
nis imponũt ea que sciãt eẽ corrupta vľ no
ciua seu nõ ꝓficua: cũ iã ꝓpter vetustatem
suã ꝑdiderũt virtutẽ: ex quo seq̃tur ꝓlixi/
or vel etiã grauior infirmitas aut interdũ
mors ipsa: ac ꝑ hoc medici incurrũt ĩfami/
am ⁊ etiã culpã si debitã diligentiã nõ ad/
hibuerint: vnde in oĩb⁹ dãnis illis ⁊ siĩli
bus ex corruptiõe merciũ ꝓueniẽtib⁹ tene
tur vẽditor ad restitutionẽ ⁊ ad oĩe interes
se: vt extra de iniur. ⁊ dam. c. si culpa: q᷑ ta
lis occasionẽ dãni dat ⁊ ꝑiculi: vt dic̃ Tho
mas scda. 2e. q. lxxvij. damni q̃dã: q᷑ ꝓpter
hmõi corruptionẽ res q̃ vẽdenda ꝓponiť
minoris est ꝑcij cũ tñ ꝓpter hmõi vitiuʒ ni/
hil de precio subtrahat. Periculi vero ex
eo ꝙ vsus talis rei reddiť inutilis ĩpedit⁹
vel noxius: sicut domus ruinosa ꝓ firma:
equus claudicãs ꝓ veloci: ⁊ cibus veneno
sus ꝓ sano. Omibus igiť ꝑdictis ꝯtinget
qꝺ ait Chrysost. ⁊ poniť in q̃busdã decretis
lxxxviij. di. c. eijciẽs: ꝙ quẽadmoduʒ triti/
cũ aut aliqꝺ tale teras in cribro dũ huc ⁊ il
luc iactanť oĩa ⁊ grauia paulatim deorsuʒ
cadũt ⁊ tãdẽ in cribro nihil manet nisi ster
cus: sic de substãtia negociatoꝝ nouissime
nihil remanet nisi solum peccatũ: hec ille.

Tertio quidã decipiũt mẽdaci facto: dũ
mercatores inť se cõuentiões dolosas ⁊ ꝑ/
nitiosas faciũt ꝙ nullus de tali vľ tali mer
cantia vẽdat vľ emat nisi tm̃ tres vľ quat/
tuor: vt sic charius vẽdãt vľ simul pascun/
tur vt vno ꝑcio plus iusto vẽdant vt ãpli⁹
inde lucrari possint iniuste: ⁊ hij sunt ꝑdo
nes execrãdi q̃ totã cõmunitatẽ spoliant:
⁊ monopoli vocãť. Monopolon eñi ẽ mer
catio quam aliq̃ soli ex condicto exercẽt et
impetrant ꝙ ipsi soli emere vendere vľ eti/
am docere possint: vnde generaliter mer/
catores qui conueniũt in certo precio plus
iusto vendant: aut ꝙ aliqui dumtaxat aut
vnus solus vendat: vel etiã qui ĩpetrat ꝙ
sibi soli res alique vendere liceat: iudicau/

tur monopoli: ⁊ ſcd̃m leges debent bonis
ſuis ſpoliari: ac exilio ꝑpetuo damnari. Si
militer ⁊ concedẽtes ⁊ admittentes debẽt
puniri: hec patent. C. de monopo. l. vna.
Quarto preterea quidam decipiunt facto
non ſoluentes tempore cõſtituto ad quod
ſe tamẽ obligauerunt ſcriptura: ꝓmiſſiõe
vel etiam iuramẽto: ⁊ hoc ꝓpter proprium
cõmodum quod interim querunt cuꝫ illis
pecunijs: vel in lucratiuis mercationibus
vel etiam quia monetarum expectant mu/
tationẽ aut ſimilia queritantes propria cõ
moda: aut etiam ex malicia vel alia quacũ
ꝙ culpa: vnde ſi creditori per talem dilati
onem ſolutionis preſtant occaſionem dam
nificationis tenentur ad omnimodam cõ/
dignaꝫ ſatiſfactionẽ ⁊ ad totũ intereſſe: ꝑ/
ut latius poſtea videbit᷑. Quinto ſunt eti
am quidã decipientes ſimplices: rẽ aliquã
minus debito ementes: vel etiã chari⁹ de/
bito vendentes: licꝫ non faciunt propt᷑ an
ticipationẽ vel prorogationẽ ſolutionis: ⁊
hij ſunt ꝓprie preoccupatores rerum vena
lium qui merces preoccupant: nõ propter
ꝓpriam neceſſitatẽ ſed ꝓpter improbã cupi/
ditatem: vt ſcꝫ ſtatim ſine ĩmutatione tem/
poris vel loci vl̓ ipſius rei charius vẽdãt:
qui dicuntur in vulgari vorkouffer: in fo/
ro tanꝙ aucupes reſidentes: hij nimirum
grauiter peccant: quia propter cõmodũ ꝓ/
prium ac lucrũ quodlibet venale vel vſua/
le faciunt charius ementi ⁊ vilius venden
ti ꝙ iuſtuꝫ ſit ſcd̃m rectam rationẽ: ex quo
damnificare videtur vtrãꝙ partẽ: lucrum
propriũ e medio tollentes: ⁊ per cõſequẽs
toti reipubli. ꝑnitioſi ſunt: ⁊ hec quidẽ po
tiſſime ſolent exercere qñ taliũ rerũ chari/
ſtia contingit eſſe in terra propter raritatẽ
illarum merciuꝫ: tunc enim vbiꝙ preoccu/
pant ad inſidiandũ in foro in vicis ⁊ plate
is ac in viarum exitibus inexplebili cupi/
ditate inhiantes ad lucra ac vniuerſos ex/
coriare cupientes. Et ideo Bernhardi. ſup
cantica ſermone. xxxix. inter alia ponit in/
humanitatẽ erga proximum vnam eſſe ro/
tam auaricie: qua ſcꝫ auarus rapido curſu
vehitur ad inferos. De qua dicit Aug⁹. de
verbis dñi: que ẽ iſta auiditas pecunie: cũ
⁊ ipſe belue modũ habeant: tunc enim ra/
piunt quando eſuriunt: parcunt vero pre/
de cum ſenſerint ſatietatem: inſatiabilis ẽ
ſola auaricia diuitum: ſemper rapit ⁊ nun
ꝙ ſatiatur: nec deum timet nec hominẽ re/
ueretur: nec patri parcit: nec matrem agno
ſcit: nec fratri obtẽperat nec amico fidẽ ſer/
uat ⁊c̃. Quos egregie irridet. Seneca epi
ſtola. xiij. dicẽs: vidiſti aliqñ canẽ miſſum
fruſtũ panis aperto ore captãtẽ: quicquid
accipit ꝓtinus integrũ deuorat ⁊ ſemꝑ ad
ſpem futuri hiat. Idem: euenit nobis quic
quid expectantibus fortuna proiecerit. id
ſine vlla voluptate dimittimuſ ⁊ ſtatim ad
rapinã alterius erecti ⁊ attoniti in epicuꝝ
illud chaos incidim⁹ mane ſine termino ẽ:
ſed vnde ꝓcedit hec inhumanitas niſi ex
beſtialitate ⁊ vilitate huius terrene concu
piſcentie. Dicit eñ leo papa in quodaꝫ ſer/
mone: ꝙ ãmoris pecunie vilis ẽ omnis af/
fectio: ⁊ anima lucri cupida etiã ꝓ exiguo
perire non metuit: nullũꝙ eſt iuſticie in il/
lo corde veſtigiũ: in quo auaricia ſibi fece/
rit habitaculũ: nec quidem illi fructũ bo/
norum ꝯfert quẽ poſſidet: quia diuitiaruꝫ
amor inſatiabilis: longe amplius torquet
eũ ꝙ refrigerat vſu ſuo: quarũ quidẽ acq̃/
ſitio laboris: poſſeſſio timoris: amiſſio ple
na doloris inuenit᷑. Unde legit᷑ in cronicꝭ
miniſtrorũ generaliũ ordinis minorũ: ꝙ q̃
dam vſurarius ad extrema veniens nullũ
anime ſubſidiũ querens ait anime ſue. O
anima mea video ꝙ me derelinquere veliſ
cũ bonis acquiſitꝭ frui deberes: ſed ad mi/
nus decẽ libras tecum portabis: quas diu
in lombari meo poſui: ⁊ ego te deo auferã
quia talia tibi aufert: leuatiſꝙ oculis ĩ ce/
lum blaſphemãdo ꝯtra deũ ſpuebat: ⁊ cuꝫ
ĩ illis blaſphemijs os ſuũ aperiret magna
flãma viſa eſt exire de ore eius que domuꝫ
⁊ villam incendere videbat᷑: ⁊ ſic illa iehẽ/
nalis anima in hoc mũdo flammas eterna
les accepit: ⁊ in baratrũ horridũ parit᷑ cuꝫ
flamma deſcendit: in quo potiſſime patuit
ꝙ nihil auaro ſceleſtius: hic eñ animã ſu/
am venalẽ habet non pro. xxx. argenteis:
ſed etiã pro obulo viliſſimo. Q᷑d a nobis
auertat chriſtus ieſus.

De duplici valore rerũ: ⁊ vtruꝫ liceat plus iuſto vendere ⁊ min⁹ iuſto emere: ac de triplici gradu iuſticij: Sermo XXVIIII

On furtũ facies.

n Exo. xx. quia dictum eſt in ſermo
ꝑ. de his q̃ min⁹ iuſto emũt: ⁊ ma
gis iuſto vendũt: quaſi ſpoliatores effecti

int̃ emptores ⁊ vẽditores. Ad hãc mate
riam ꝓfundius indagandã p̄mo sciẽdum
est ꝙ valor reꝝ ẜ Sco. in. iiij. di. xv. dupli/
cit̃ sumi põt. Primus valor est naturalis:
scʒ ẜm bonitatẽ nature a deo in re creatã:
⁊ hoc mõ formica mus vl̃ pulex plus valet
q̃ panis: qꝛ vitã animã ⁊ sensũ habẽt. Se/
cũdus valor dicit̃ vsualis q̃ sumitur in re/
spectu ad vsũ nr̃ʒ: ⁊ sic panis plus valet q̃
mus: ⁊ hoc mõ sumit̃ h̃ valor q̃ pensari po
test ex tribus. Primo ex virtuositate: quia
q̃to efficacior est res nr̃is vtilitatibꝰ tanto
p̃ciosior iudicat̃: ⁊ sic panis triticeꝰ optimꝰ
est ⁊ equus fortis. Secũdo ex reꝝ raritate
scʒ ẜm ꝙ res ex sue inuẽtiõis raritate ⁊ dif
ficultate magis nobis necessarie sunt: ⁊ ẜ
hoc idẽ bladuʒ plus valet tp̃e charistie q̃
abundãtie. Tertio ex reꝝ cõplacabilitate ĩ
vsu eaꝝ: ⁊ sic lʒ duo eq̃ sũt eque fortes ⁊ ve
loces: tñ vnꝰ est in vsu gratior vni: aliꝰ alij.
Verũtñ certa pẽsatio valoꝝ reꝝ vsualium
vix aut nunq̃ a nobis fieri põt nisi p̲ cõie/
cturalẽ ⁊ ꝓbabilẽ opinionẽ: ⁊ h̃ nõ pũcta/
tim seu sub indiuisibili rõne ac mensura in
plus ⁊ minus: sed sub aliqua latitudine cõ
petẽti respectu tp̃m locoꝝ ⁊ p̲sonaruʒ circa
quam diuersi diuersimode res estimant: qꝛ
eq̃litas illa ẜm rectã rõnẽ nõ ꝯsistit in indi
uisibili medio qd̃ respic̃ ip̃a iusticia cõmu/
tatiua: sʒ ĩ quadã latitudĩe. Et ideo q̃diu
emẽtes ⁊ vẽdentes remanẽt intra illã lati/
tudinẽ: lʒ indiuisibilẽ punctũ equalẽtie nõ
attingãt: in quocũq̃ gradu circa extrema
latitudĩs illiꝰ fiat: vtiq̃ iuste fit. Quantuʒ
ãt se extẽdat illa latitudo postea videbit̃.
Hic ẜ q̃ri põt vtrũ res plus q̃ valeãt lici
te vẽdi pñt: vl̃ etiã minꝰ emi. Ad h̃ dicẽdũ
ꝙ nõ: pẽsato eaꝝ valore in respectu ad vsũ
nr̃m ⁊ ad ꝓbabile iudiciũ hũane estimati/
onis mẽsurãtis valorẽ rei infra limites la/
titudinis cõpetentis. Qd̃ ꝓbari põt p̄mo
qꝛ iura ciuilia ꝯtractũ rescidũt qñ emptor
vel vẽditor vltra dimidietatẽ iusti p̃cij de/
fraudator: tũc eñ ꝯtractus est nullꝰ ⁊ p̲ iu
dicẽ irritandus: nihilominꝰ aũt in foro cõ
scientie licet fraudatio sit citra medietateʒ
p̃cij: dũmõ saltẽ sit notabilis faciẽda est re
stitutio: dũmodo ꝓcedat ex vno vl̃ ex plu/
ribss istoꝝ quattuor. s. si ꝓcedat aut ex ꝓ/
babili ignorãtia: aut ex mẽtis leuitate ma/
nifesta vel p̃sumpta sicut: ꝯtingere solet in
ebriosis aut insipiẽtibus aut iuuenibꝰ aut
ꝓdigis aut silibꝰ: vl̃ etiã ex quacũq̃ ege/
state: aut etiam ex alia quacũq̃ necessitate
ad h̃ cõpellẽte. Ex q̃bus cõp̃hẽdi põt ꝙ ta/
lis ꝯtractꝰ nõ ꝓcedit ex mera grata ⁊ gra/
tuita volũtate: vnde talis defraudatio in
minus emẽdo aut plus vẽdendo: nõ soluʒ
est ꝯtra iusticiã sed etiã ꝯtra charitatẽ ⁊ cõ
tra naturalẽ hominis pietatẽ: lʒ ex vtriuſ/
q̃ p̲tis cõsensu talis ꝯtractus ꝓcedere vi/
deat̃. Et cũ ẜm Aresto. iij. Ethic. Ignorã/
tia ⁊ aliqualis coactio excludũt volũtari/
um: ideo tales fraudatores vl̃ potiꝰ extor/
tores ad restitutiõeʒ obligãt̃: vñ. x. q. ij. §.
hoc ius: dicit̃ ꝙ si in vẽditiõe plus offera/
tur q̃ res valeat: eccl̃ia recip̲e non põt nec
dʒ: sed tm̃ iustũ p̃ciũ. Et licet lex dicat ꝙ ꝯ
seiuicẽ decipere pñt citra medietatẽ p̃cij tñ
eccl̃ia in suis ꝯtractibus dolũ facere nõ dʒ
vt plane patet ex̃ de dona. c. p̲ tuas. Qꝛ si
q̃ritur cur ẜ lex silit̃ nõ ꝓhibet totalit̃ hãc
ineq̃litatẽ. Ad h̃ dicẽdũ ẜ Tho. qꝛ lex da
tur p̲p̲l̃o in q̃ sunt multi a v̾tute deficiẽtes:
hinc solũ ꝓhibet ea q̃ destruũt hũanũ con
uictũ: vtpote excessus magnos: qñ deceptꝰ
est aliq̃s vltra dimidiũ iusti p̃cij: tũc enim
ad restitutionẽ cogit: eccl̃ia v̾o punit etiaʒ
in p̲uis qñ absq̃ scãdalo ⁊ maiori dispẽdio
punire põt: al̃s non. Tolerat eñ eccl̃ia cri/
men ꝓpt̃ scãdalũ euitandũ: vt ex p̃ssũ. iiij.
di. c. deniq̃: similit̃ ꝓpter maius dispẽdiũ
euitãdũ: vt. ix. q. j. ordinationes: vbi dicit̃
in fi. vbi eñ multoꝝ strages iacet: subtra/
hendũ est aliq̃d seueritati. Itẽ correctio ẽ
subtrahẽda etiã ab eo q̃ hʒ sociã multitudi
nẽ: vñ dicit̃. xxiij. q. v. c. nõ potest esse salu/
bris a multis correctio: nisi cũ ille corripit̃
q̃ nõ habet sociã multitudinẽ. Cũ vero idẽ
morbꝰ p̲l̃imos occupauerũt: nihil aliud re
stat bonis q̃ dolor ⁊ gemitꝰ: lex aũt diuĩa
q̃ nõ solũ dat̃ p̲p̲l̃o sed etiã v̾tuosis: nihil ĩ
punitũ relinq̃t qd̃ ꝯ̃riũ est virtuti: ideo ẜm
diuinã legẽ illicitũ reputat̃: si emendo vel
vẽdẽdo equalitas nõ ẜuet̃: ⁊ ad restitutio/
nẽ cogit si sit notabile dãnũ: p̲ua q̃dã addi
tio vel diminutio equalitatẽ iusticie tolle/
re nõ videt̃. Qꝛ si querit̃ an res cõpara/
ta minꝰ dimidia p̲te iusti p̃cij vẽditoribꝰ de
beat reddi vl̃ retineri. Ad h̃ dicẽdum ꝙ si
res minꝰ dimidia p̲te iusti p̃cij cõparat̃: in
potestate emptor̃ ẽ supplere p̃ciũ iustũ vl̃ a
ꝯtractu recedere: vñ ex̃ de emp. ⁊ vẽ. in. c.
cũ dilecti: ib̃ dit̃: qꝛ vero in arbitrio ẽptoris
ẽ si velit supplere iustũ p̃ciũ: aut vẽditiõeʒ
rescindere cũ res minꝰ dimidia p̲te iusti p̃/
cij cõpat̃: sẽtẽtiã ip̃aʒ q̃ scʒ in h̃ casu p̲ ep̄m
lata fuit in ꝯ̃riũ: seq̃t̃ tãq̃ iuri cõtrariã ir/

ritātes: possessionē monachis iudicamus
esse reddendā. Preterea glo. ibidē sup ꝟ/
bo deceptiōis: dicit: ꝙ cū dol⁹ dat cām co/
tractui: puta dolo te induxi ad vēdēdā rē
aliquā: al's nō vēditur⁹: nō tenet ꝯtract⁹:
vt. ff. de dolo. l. ⁊ elegāt: xij. q. ij. q̄sq̄s eps:
ī fi. ⁊ extra de re. pmu. cū vniuersoꝝ. Si ve
ro incido in ꝯtractū qꝛ venditur⁹ eram ħ p
dolū tuū min⁹ vēdidi: vl' p dolū meū plus
emisti: tenet q̄dē ꝯtract⁹ ħ agit̄ ad supple/
mentū residui. ff. de act. emp. ⁊ ven. l. iulia
nus. §. si vēditoꝛ: si vero dol⁹ nō dat causaꝫ
ꝯtractui nec incidit in ꝯtractū: tūc si dece/
ptus sū vltra dimidiā ptē iusti p̄cij in vēdi
tione obtinet qꝺ ħ dꝛ. C. de rescin. ven. l. ij.
si aūt deceptus sum minus dimidij iusti p̄/
cij: nō possū agere ad aliq̄d: qꝛ licitū ē scd̄ꝫ
leges ꝯtrahētib⁹ sese ad inuicē decipe vsq̄
ad dimidiū iusti p̄cij. ff. de mino. l. ī cause:
§. in p̄cio. Et nota ꝙ in ꝯtractibus bonefi
dei si dolus dat cām contractui nō p con/
trahētes sꝫ p intermediā psonā tenet ꝯtra/
ctus: ħ dat̄ actio de dolo ꝯtra mediatoreꝫ:
ff. de dolo: ⁊ elegāt. §. j. in glo. Sꝫ ħ obijci
pōt ꝯtractus emēdi ⁊ vēdēdi mere volūta
rius est: qꝛ nullū ius cogit vēdere vel eme
re: ⁊ ideo p̄taxatio precij reꝝ venaliū mere
volūtaria erit: ⁊ p ꝯsequēs sortiet̄ ius ⁊ fo
rū mere volūtariū. Ad ħ dicēdū ꝙ licꝫ de
iure ñ cogar rē meā vēdere: cogoꝛ tñ ī actu
⁊ ꝯtractu vēdēdi formā ⁊ regulā iuris ⁊ iu
sticie ⁊ eq̄tatis debite seruare: ⁊ ideo in ef/
fectu vendēdi nō licet mihi rei mee iniustū
p̄ciū ponere ⁊ accipe: qꝛ tūc impono nō vt
simpliciter mee sed vt in alterum cōmutan
de: ⁊ ideo ẜm Hosti. licet aliq̄s ab initio co
gi nō posset rē suā vēdere vel alienā emere
vt ptꝫ. C. de ꝯtrahē. empt. l. dudū: si tñ ex/
posuerit rē venalē ⁊ p̄ciū offerat̄: ⁊ p iusto
p̄cio dare nō vult cogi pōt p iudicē ꝙ iusto
p̄cio vēdat. ff. de offi. p̄fec. vꝛ. l. j. §. cura car
nis. Alterius q̄ri pōt vtrū licitū sit rem
venditiōi exponēdā taxare ẜm valorē vti/
litatis ementiū: nō ẜm valorē vtilitatis vē
dentiū. Ad hoc dicēdū ꝙ si p̄ciū rerum no
stre vite necessariū taxaret̄ ẜm eq̄ualentiā
eius qꝺ pticularit̄ nobis ꝯferūt vtilitatis
taliū preciū esset qꝺammodo nobis imp̄ci
abile: exempli gratia: si vnica potio vl' her
ba medicinalis a morte me valeat liberare
⁊ imp̄ciabilē sanitatē restituere. Aut si ci/
phus aque mihi p̄ siti morituro possit suc/
currere: valent predicta in hoc casu infini/
tam auri substantiā: nō ħ debēt res ita ta/
xari: qꝺ vt clarius pateat pōt triplici rōne
pbari. Primo rōne neq̄tie ab hūanis coꝛ/
dibus excludēde: nā duplex malū ex ħ seq̄
retur: Primo qꝛ nihil est iniqui⁹ q̄ꝫ p pti/
cularib⁹ ⁊ p̄uatis comodis cōi ⁊ vniuersa
li bono p̄iudicare: cū ẜm ordinē iuris ⁊ iu/
sticie cōmune bonuꝫ priuato semp preferri
debeat: vt ptꝫ extra de postu. p̄la. in. c. bo/
ne memorie. Secūdo tal' taxatio fieret om/
nino in preiudiciū cōis boni: cū ecōtra ī cō
tractib⁹ ciuilibus ⁊ humanis: preciorū eq̄
litas sit mensurāda p respectū ad om̄e bo/
nū put omni bono dinoscit̄ expedire ad cō
seruationē vtilē reipublice: alioquin talis
taxatio difficultatē induceret īportabileꝫ:
vt patet intuentibus. Secundo qꝛ nihil in
iustius est q̄ꝫ vendere id qꝺ suū non est: nā
cōmodū qꝺcunq̄ qꝺ expectare videt̄ em/
ptoꝛ ex re emēda: omnino extra ip̄m vēdē/
tem est: si ħ vēditoꝛ ex hoc ꝯsequit̄ aliquā
maiorē vtilitatē ex illa re vēdēda ppt̄ spe/
ciale cōmodū emptoris: tūc omnino ꝯseq̄/
tur hoc ex re nō sua: qꝺ vtiq̄ ineq̄litas esꝫ
atq̄ iniustū. Et iste casus multipharie con
tingit dū q̄s ppt̄ pauptatē: necessitatē aut
comoditatē cogit̄ aut minus iusto vēdere
aut magis iusto emere: qꝺ quidē īprob lu/
cris inhiantes obseruāt: vt tales euiscera/
re valeant: sicut aranee muscas capiūt ad
sugenda interiora eaꝝ: verbi gratia: vēdit̄
mihi hortuꝫ retro domū meā pl⁹ iusto: qꝛ
multū indigeo: aut vēdis quātūcūq̄ rem
aliā q̄ plurimū indigeo: tūc em̄ vēdis etiā
comodū meū. Itē emis a me pecias panni
minus iusto: qꝛ pecunias ad soluēda debi
ta req̄ro: ⁊ sic de alijs. Tertio qꝛ nihil ē di/
rectius ꝯtra fraternā charitatē cui potissi/
mum in necessitate subueniēdum est: miro
nāq̄ mō talis taxatio pietatē ⁊ humanita/
tē vniuersā eneruaret ⁊ eradicaret: cū tñ ī
talibus casibus necessitatis maioꝛ pietas
esset exhibenda: vnde breuiter ꝯcludendo
in omnibus ꝯtractibus emptionis ⁊ ven/
ditionis principaliter attendenda est com
munis taxatio ⁊ estimatio a ciuilibus cōi/
tatibus cōmuniter facta: ⁊ sic singuli ī su/
is singularibus ꝯtractibus sequi debent
formā ⁊ regulā cōmuniū taxationū: ne ps
turpiter: irrationabilit̄: inobedient̄ ⁊ ide/
center a suo toto dissonet: ⁊ ne quilibꝫ pro
suo libitu cōmunitati ⁊ communi vtilitate
Quartodeci̇o igiť tutores curatores ꝛ mr̄es ac alij q̄cūqꝫ sine mādato gerēdo negociū alienū ꝛ sic ꝑ alijs fenerando tenēť ad restōeꝫ ꝺm Alex. lomb. ꝛ rodoñ. qꝛ cāꝫ efficacē ad tale lucꝝ p̄stiterūt. Ad cui⁹ euidētiā pri̇o sciēdū ē: ꝙ triplex ē tutela. s. testamētaria qñ pr̄ dat tutorē i testō: ꝛ legitima q̄. s. a lege deferť: nā cuꝫ null⁹ ē tutor ꝑ testamētū: tūc q̄ pri̇o loco deberet huic ab intestato succedere tutelā illi⁹ teneť suscipere. Ac datiua: vt qñ nll'o tutore dato in testō nec extātib⁹ ꝯsanguineis idoneis iudex ex officio dat tutorē: ꝛ durat tutela vsqꝫ ad. xiiij. annū ꝯpletū ip̄i⁹ pupilli: ꝛ inde icipit cura q̄ durat vsqꝫ ad. xxv. annū ꝯpletū. Notādū tñ ꝙ clerici ñ cogūť recipe tutelā lꝫ possint alicui succedere ab itestato: ꝙuis i laicꝭ ē ꝯ̄riū: vt. C. de legi. tute. auc̄. sic hereditas. Pñt tñ clerici recipe legitimā tutelā: ꝺm Jo. di. lxxxvj. c. fi. si volunt. Epi aūt ꝛ monachi tutelā legitimā recipe nō pñt: vt in auc̄. de san. epi. §. deo amabiles. Tñ ꝺm quosdā illi auctoritati derogatur ꝑ illud di. lxxxvj. c. peruenit: vbi satis

patet ꝙ possit recipe legitimã: licet nõ dati
uam vl' testamentariã: vbi etiã ostenditur
ꝙ ad cõmunẽ tutelaz miserabiliũ persona
rũ omnes clerici vl' monachi tenent: cũ scz
eis cõmittit ab his quoꝝ interest. Quod
etiam pz. lxxxviij. di. c. j. ⁊ c. eps guberna/
tionẽ. Ceteꝝ de tutore qdã dicta sũt superi
us vbi agit de gerentib⁹ aliorũ negocia q̃
hic replicare superfluum iudico. Queri
tamẽ põt pmo. Pone ꝙ tutor pecuniã vsu
rariam pupillo tribuat nihilqȝ illi dicat ꝙ
sit lucꝝ vsurariũ: demũqȝ lapsu tẽporis ꝓ/
testet illud fuisse lucꝝ vsurariũ: vtrũ pu/
pillus teneat credere ⁊ illõ restituere. Ad
h dicendũ ſm quosdã ꝙ non: pſertim si de
bonis nõ habuit al's cõgruũ fructũ vl' emo
limẽtũ. Rõ ẽ: qr pupillus nõ approbat qõ
tutor fecit: nec tutor aliq̃d de vsuris dixit
tẽpore quo dicere debebat: nec pupill⁹ al's
iustũ lucꝝ vl' emolimẽtũ de suis bonis ha/
buit ꝓpterea ꝓ suo interesse põt illud reti/
nere ⁊ ipe tutor obligat hmõi lucꝝ restitu
ere: ⁊ sic penã sustineat infidel' dispensatio
nis sue. Secundo queri põt: vtꝝ tutores
vl' curatores aut matres que licet nõ fece/
runt ꝯtractus vsurarios ꝓ pupill' vl' filijs
tamẽ ꝓ illis vsuras exigũt ⁊ recipiũt tene
ant ad restitutionẽ. Ad hoc rñdet Alexã.
lomb. ꝙ tales obligant restituere si ille cu
ius noie acceperũt nõ est soluendo: vel nõ
vult satisfacere. Hoc etiã sentit Bar. brixi.
in. c. sicut nõ suo. xlvj. di. vbi ꝓhibet ali/
quis vsuras exercere nomine alieno sicut
nomine suo. Cuius ratio est: qr facientẽ ⁊
consentientẽ par pena constringit: vt. ij. q.
j. c. notũ: in fi. Et qõ grauius ẽ ſm Inno.
si tutor noie pupilli pdictas exigit vsuras
tũc etiam post depositũ officiũ agi põt con
tra illũ: vt dicto. c. sic nõ suo: in glo. Ter
tio q̃ri põt: quid ergo faciet tutor a cõitate
artat⁹ ad suscipiendã tutelã pupilli: q̃ mul
ta habet suscipe ð vsur. Ad h rñdet sanct⁹
Bernardin⁹ in tractatu de restitutiõibus
ꝙ corã epo ciuitatis ⁊ ptãte vl' lege prote/
stari debet: ꝙ a debitorib⁹ nõ exiget nisi ca
pitale ⁊ de vsuris se nõ intromittet: ⁊ de h
fieri faciat publicũ instrumẽtũ ⁊ sic euade
re poterit dispẽdium in vtroqȝ foro scz con
scientioso ⁊ cõtentioso. Quarto q̃ri põt:
vtꝝ oẽs pdicti ⁊ alij qui dederũt cãm effi/
cacẽ vsuras exercẽdi: possent inuitis illis
q̃bus acquisite sũt aut ignorãtib⁹ de eisdẽ
accipe pecuniã ad q̃titatem vsure acq̃site.
⁊ his restituere quib⁹ debent. Ad h rñdẽt
quidã ꝙ sic: nec in h cõmittũt furtũ: cũ illa
pecunia vsuraria nõ sit illorũ: nam qr per
efficacem causam istoꝝ tale lucꝝ iniustum
deuenit ad man⁹ vsurarioꝝ ⁊ ad restitutio
nẽ obligati sũt isti mediatores vl' cãm effi/
cacem tribuentes iustũ esse videt vt q̃ cau
sa illoꝝ iniuste sũt ablata de lege nature iu
ste licentiã habeant illa satisfacere: ne ipsi
de ꝓprio satisfacere teneãt: qõ etiã Chrys.
sentire videt. Et habet extra de re. iur. c.
Unũqdqȝ p quascũqȝ cãs nascit p easdem
dissoluit. Unde ad hoc pdicti vident obli
gati: ⁊ in hoc gerũt vtilẽ curam suam ⁊ il/
lorũ qui illa iniuste detinẽt. Qð sane intel
ligendũ est in foro cõscientie: ⁊ dũmõ non
sequat aliud incõueniẽs: de quo dictũ est
supra: vbi querit: vtrũ quis p furtũ satisfa
cere põt sibijpi cũ cautelis ibidem positis.

Quintodecimo heredes tenẽt ad resti/
tutionẽ: de quib⁹ generaliter ſm Archið. B
⁊ alios doctores canonistas ẽ dicẽdũ: ꝙ li
cet aliter ſm leges distiguat: tñ ſm ius ca
nonicũ tenent indistincte heredes ad oĩa
debita defunctorũ ĩ quoꝝ loca succedunt:
siue heredes sint filij: siue extranei: siue ra
ptoris siue alterius detẽtoris: siue talia de
bita fuerint ex cõtractu: vt emptio vendi/
tio: locatio: cõductio mutuũ ⁊ siĩia: vl' ex q̃
si cõtractu vt tutela: gestio negocioꝝ: siue
ex maleficio: vt furtuz: rapina: simonia vl'
quasi ex maleficio: vt cũ iudex ex impitia
male iudicat: aduocatus male aduocat: ⁊
sic de alijs: vl' cũ ð domo est aliquid eiectũ
vl' effusũ qõ nocuit alijs: siue puenerit res
illa ꝓ qua debitũ fuit ꝯtractũ ad heredes
siue nõ: siue lis fuerit ꝯtestata siue non: vt
plene pz. xvj. q. vj. c. si epm: extra ð pigno.
c. ex psentiũ: in fi. ex' de solu. c. j. ex' de vsur.
c. tua nos. ex' de rap. c. in litteris. extra ð se
pul. c. fi. Qð sane tñ intelligit: si heredi/
tas sufficit: ꝙ si hereditas non sufficit ad
oĩa debita psoluẽda: tunc ſm Ray. in iudi
cio anime licet heres nõ fecit inuentarium
nõ tamẽ tenet nisi iq̃ztũ sufficit hereditas.
Secus aũt ẽ in foro iudiciali ſm Jo. au. in
nouella vbi dicit ꝙ si fecit inuẽtariũ nõ te/
net vltra vires hereditatis: quo aũt ad iu
dicium anime illud indistincte affirmat.

Pro cui⁹ noticia sciendũ: ꝙ inuentariũ
ẽ scriptura quã debet heres ſm leges in/
choare infra. xxx. dies a morte testatoris:
vl' postq̃ scit se eẽ heredẽ institutũ: ⁊ debz
ibi scribere omnes res defuncti sub testib⁹
⁊ dz illam scripturã pficere infra. xl. dies

vel infra annū si res sūt remote: ⁊ tūc non
tenebit creditorib⁹ vltra id qđ ī hereditate
te fuerit inuentū: al's ſm leges teneret in
solidū si nō fecerit inuentariū. Ad p̄dicta
quoq₃ hoc addēdū est: ꝙ talis heres vltra
hereditatē in anime iudicio tenet ad oīa
p̄dicta q̄ dictus vsurarius ꝓ eo expendit:
si saltē illa mala fide suscepit. Cui⁹ rō ē: qꝛ
per hoc ad nō restituendū prestitit causam
efficacem quod verū est: si talia habuit eo
tempore quo dict⁹ vsurari⁹ erat nō soluen
do. Qđ si querit: quid si de duob⁹ here
dibus vsurarij alter fact⁹ est nō soluendo.
Ad hoc dicēdū ſm Hosti. ꝙ alter obligat
in solidū ⁊ hoc vsq₃ ad quātitatē q̄ ad eum
de hereditate ꝑuenit. Cui⁹ ratio est: qꝛ suc
cedit in crimine: ⁊ etiā qꝛ omnes res here/
ditarie sunt obligate: vt plane p₃ ex̄ đ vsu.
c. cum tu. §. fi. Sextodecimo testamento/
rū executores qui plus deseruiunt corpori
q̄₃ anime: ⁊ oculo q̄₃ ꝯscientie tenent ad re
stitutionem. Ad cui⁹ euidentiā sciendū: ꝙ
sepi⁹ ꝯtingere solet vt relicta bona vsura/
rij nō sufficiāt plenarie ad soluenda debi/
ta vl' restituēda iniuste q̄sita: que tamē sci/
unt certis personis esse restituenda: ac ni/
hilomin⁹ ne fun⁹ vsurarij careat eccl'iastica
sepultura cū ep̄o vl' curato de certa quanti
tate pecunie ꝓ incertis ꝯuenit executor: vt
sic licentiam acquirat sepeliendi fun⁹ in lo
co sacro: qđ ⁊ plerūq₃ perficit cum magna
pompa: qua quidē ꝑte amota reliqua bōa
vsurarij nō sufficiūt ad plenarie satisfacien
dū de certis. Talis igit executor cum det
efficacem causā ꝙ hi qui deberēt hr̄e certa
de bonis vsurarij nō possunt acquirere: te/
net extunc in solidū de ꝓprijs satisfacere:
vsq₃ ad illā quātitatē quā ꝓ incertis dedit
ep̄o vel alteri etiā pauperi causa elemosy/
ne: ⁊ hoc iō: qꝛ christ⁹ nō succedit in paupe
ribus nisi qn̄ non reperiunt persone certe
quib⁹ restitui debeāt certa vt quasi ꝑ sub/
stitutionē christus succedere videat: ac si
testator diceret. facio tales ⁊ tales heredes
meos: quos si reperiri penit⁹ nō cōtingat:
substituo mihi christū in pauꝑibus suis.
Sed de hoc plenius postea videbit. Simi
ter de executorib⁹ testamētoꝝ visū ē supra.
iiij. p̄cepto. Decioseptimo detētores reꝝ
emptaꝝ de pecunia fenebri tenent ad resti
tutionē. Ad cui⁹ euidentiam queri potest.
Si ponat casus ꝙ vsurari⁹ de vsuraria pe
cunia emat equū p̄diū vl' domū: ac alteri li
beralit donet: efficiat ꝙ postmodū nō sol/
uendo: vtꝝ qui soluit vsuras cū effectu re/
petere posset rē emptā de vsuris a possesso
re: cui sic donata ē: ac vtꝝ possessionē reci/
piēs in foro ꝯsciē restituere teneat. Ad h̄
respōdet Monal'. in summa ꝙ licet p̄cium
ex re furtiua redactū nō sit furtū: vt. ff. de
fur. l. qui vas. §. vlt. ⁊ vitia personalia nō
transeant in successores: vt ex̄ de fil'. p̄sby/
terorū. c. ex transmissa: tamē ī hoc casu pōt
iste petere ⁊ ille tenet restituere: vt ex̄ de
vsur. cum tu. vbi plane p̄cipit in hoc casu
p̄dia vendi sic empta. Concor. Ray. Et hu
ius ratio ē: quia ī tali casu res succedit lo/
co precij sicut ecōtra p̄ciū succedit loco rei:
vt. ff. đ pet. here. l. si rem ⁊ p̄ciū: quedā ta/
mē intellige ſm Guil'. quādo rē talem ha/
buit ex causa lucratiua: sec⁹ antē si emisset
vel ex alia causa nō lucratiua ⁊ bona fide
habuisset: vt nō credēs rē emptā de pecu/
nia vsuraria: vel credēs ip̄m vsurariū al's
habere vn̄ posset vsuras reddere. Concor.
Hoff. Hosti. Specu. Et addūt Hoff. ⁊ Ho/
sti. ꝙ si res illa lucratiua postea ad aliū ex
sili cā ꝑuenire ꝯtingat: ⁊ ille vlteri⁹ fuerit
ille q̄ vsuras soluerat seu repetere potue/
rat: tūc ille cui prius res data fuerit libera
tur ⁊ cōtra eū nō posset agi ciuilit: vt. ff. de
act. ⁊ obli. l. oēs debitores. ſm etiā Hosti.
si res empta de pecunia fenebri ꝑ tertiā ꝑ/
sonā peruenit ex cā lucratiua ad eū qui de
dit vsuras vsurarius tn̄ minime liberat:
vt. ff. de v̄bo. ob. inter stipulantē. Decio
octauo sūt eos ad sepulturā in casu nō con C
cesso recipientes: ac etiam notarij ⁊ testes
eoꝝ testamentis assistētes: similit ⁊ ꝯfessio
nē eoꝝ indebite audiētes vel absoluētes.
Pro q̄ sciendū ꝙ eos sic sepeliētes sūt ip̄o
facto excōmunicati: vt p₃ in clemē. de vsu.
c. eos. Audiētes autem in tali casu eorum
ꝯfessiones ⁊ absoluentes: ac etia₃ testes ⁊
notarij peccāt ꝯtra preceptum ecclesie posi
tum in. c. q̄₃q̄₃: li. vj. de vsur. ⁊ vltra h̄ om̄s
iam dicti tenent ad restitutionē omniu₃ q̄
receperunt ab eodem. Qr si quidā vsura/
riū nō sepeliunt sed illum sepelire simulāt:
puta ponūt capsā honorifice vacuā ī phere
tro: ac si corpus esset ip̄ius vsurarij: tūc ni/
hilomin⁹ ſm Jo. an. ⁊ alios doctores sub/
iacent eisdē penis. Hic queri potest prīo
vtꝝ vsurario qui restituere habet ad salu/
tem sufficiat ꝙ in periculo mortis ꝯstitut⁹
cōdat testamentū super restōne male abla/
toru₃ ita vt recipi possit ad absolutionē cō
munionē ⁊ ecclesiasticā sepulturam. Ad h̄

rñdet Alex. lomb. ꝙ oīno nõ sufficit. Cuiꝰ
duplex ratio dari põt. Prima qꝛ testm̄ est
vltima sentētia voluntatis nostre de eo qȯ
post mortē suam quis voluit fieri: cū enim
testans hoc velit fieri post mortē: ⁊ pꝰ mor
tem locus penitentie nõ sit: sine qua nullꝰ
vsurarius absolui põt: restat ꝙ solū tāle te
stamentū cōdens: in statu salutis esse mi/
nime põt: ꝑpterea oportet ꝙ in vita resti/
tui velit: al's nõ dimittit pctm̄ nisi restitua
tur ablatū: vt dicit de reg. iur. li. vj. vnde
restõ dūmodo possibilis fuerit p̄cedere de
bet omnē actū penitētie vt postea videbit.
Secūda rõ est: quia iusticia dei requirit vt
ille satisfaciat qui peccauit. Sicut igit vsu
rarius ē qui offendit: sic ip̄e satisfacere de/
bet in quo offendit: qȯ nõ facit si faciēduꝫ
in testamēto reliquit. Unde generaliter si
satisfacere cupit ita ꝙ ei remittat peccatū:
quattuor obseruare oportet. Primuꝫ ꝙ si
pecuniam habꝫ vnde restõ fieri põt: illam
exponat restitutioni per amicū fidelē ante
ꝙ̄ moriat. Secundo ꝙ sub voce preconia
solennit p̄conizari faciat ꝙ omnes a qui/
bus per se vel per alios pecuniaꝫ extorsit:
veniant recepturi plenā satisfactionē. Et h̄
quidem fiet tum vt his quibꝰ debet restõ
plenius innotescat ⁊ venire possint sua re/
petentes: tum etiā vt scandalū qȯ in publi
co ꝑpter vsuras exercēdas ab eo multis ē
relictū: hoc modo quasi in publica pnīa de
leat ⁊ emendet: qꝛ vt dicit ex̄ de pe. ⁊ re. c.
j. Manifesta peccata nõ sunt occulta corre
ptione purgāda. Qꝛ si talis vsurariꝰ nõ fe
cerit publice ſm Alex. lomb. nõ det ei sa/
cramētū nec ecclesiastica sepultura. Tertõ
si habet aliq̄ instrumenta vsuraꝝ ꝙ ea cas/
set ꝑ publicū instrumētū vel redigat ad de
bitū veritat. Quarto si aliquid deficit ad
explicādū vel debite obligādū: faciat fieri
publicū instrumētū atꝙ debitā cautioneꝫ
sic̄ exprimit i. c. quāꝙ̄. de vsur. li. vj. Et ſꝫ
magnos vtriusꝙ iur doctores fideiussor
vsurarij tenet in solidum ad restõnem oīꝫ
vsuraꝝ certaꝝ ⁊ incertaꝝ. ac etiā male ab/
latoꝝ per vsurariū extortoꝝ: quantū se vi/
res p̄dicte hereditatis extendūt ⁊ hoc ha/
bito respectu ad p̄dicte cautionis tempꝰ.
Nam licet tp̄e p̄stite cautõis p̄ncipalis eēt
soluēdo. demūꝙ facultates eius essent ex/
hauste aliter ꝙ̄ in restõnibus p̄dictis: ni/
hilominꝰ fideiussor remanebit ad oīa obli
gatus. Et licet exceptio in opie ꝑsit princi
pali: nõ tamē fideiussori eius in dicto casu

Secūdo queri põt de eo qui se spõte obli
gauit ad vsuraꝝ restõnem credens vsura/
rij bona ad hoc sufficere ⁊ postea īuenit nõ
sufficere: vtꝝ de suo ꝑprio satisfacere tene
atur. Ad hoc rñdet sanctꝰ Bernardinꝰ in
tractatu de restitutionibus: ꝙ aut obliga/
uit se disticte: puta si tm̄ haberet de bonis
defuncti: ⁊ tunc nõ obligat nisi ꝑ tāto ꝙ̄/
tum inuenit de bonis eius. Aut obligauit
se indistincte: ⁊ tunc si opus ē de suo ꝑprio
suꝑplere tenet ita ꝙ integre soluat. Cuiꝰ rõ
ē: quia seip̄m ꝑprijs v̄bis illaqueauit: ⁊ li
cet in intentiōe habuit se velle distincte ob
ligare ꝙ̄uis nõ exp̄ssit: nõ tm̄ per hoc se põt
excusare: qꝛ magis statur obligationi ex/
p̄sse ꝙ̄ intentioni occulte: quā qꝛ nõ expres
sit sibi imputet: quia ꝑpter insipientiā suā
suo iure creditores fraudari nõ debent.

Tertio queri potest: vtrū per publicū in
strumentū ab vsurario recipiens cautionē
de restituendis vsuris ⁊ male ablat ad vo
luntatē suā possit iteꝝ sine pctõ ꝑmissionē
hanc eidē relaxare ⁊ instrumētū cautionis
reddere vel cassare. Ad h̄ respõdet sanctꝰ
Bern. vbi supra: ꝙ si ille q̇ se prius obliga
uit ⁊ nūc relaxationē petit ē cõpos sue mē/
tis: ⁊ hoc postulet īportune: põt sine pctõ
instrumētū huiꝰ obligatiõis cassare: cū sa/
lus eiꝰ eē debeat ī manu sua nec teneat hõ
salutē aīe eiꝰ cū ꝑprio scādalo procurare:
nec etiā ꝑpter hoc a vīculo debitoꝝ rema/
neret absolutꝰ. Uerūtamē secꝰ esset si talis
obligatꝰ eēt suo p̄lato. Deniꝙ aduertēdū
ē ꝙ si vsurariꝰ nõ põt habere fideiussorem
nec pignora: tūc ſm Jo. an. iuret illa non
posse habere ⁊ iuret se facturū qȯ cauet: ⁊
sufficit: maxime si hoc veresimile ē: vt ex̄ ȯ
dona. inter vi. ⁊ vxo. c. ꝑ litteras. His igit
p̄missis det vsurario penitētia ⁊ nõ prius
sic̄ p̄cipit in dicto. c. ꝙ̄ꝙ̄. Nā si quis aliter
eum absolueret: thesaurizaret suꝑ seip̄um
diuinū iudiciū: ⁊ animā illiꝰ p̄cipitaret in
ꝑfundū inferni: nec ignorantia excusaret
eum: vt ex̄ de iniur. ⁊ damno dato. c. si cul/
pa. Ad laudem dei omnipotentis.

Epilogatio de triplici vsura et in quibus committitur vel excusatur: Sermo XLVI

Non furtum facies

n Exo. xx. Eia iā tādē expediti vt
ex ꝑte de diuersis ꝯtractibꝰ vsu/
rarijs vt tenaciꝰ īprimāt succincto stilo sin

gula pcurrēdo breuit̄ ad memoriā reuoce
mus. Pro q̄ sciēdū ꝙ vsura ē q̄cq̄d sorti
accedit: siue sit pecunia esca vestis species
lingua seruitiū: vt pꝫ fere ī omnibꝰ.c.xiiij.
q.iij. Et sub intelligitur ex pacto preceden
te: vel etiam ex intentione precedente con/
comitante vel subsequente. Et accipitur h̄
sors pro debita quantitate rei mutuate in
materia occurrenti. scꝫ pecunia: frumento
vino: oleo ⁊ similibus. Et sic sors est capi/
tale creditoris exp̄ssum vl' palliatum. Nec
vsura cōmitti potest nisi circa sortē ⁊ capi/
tale rerū mutuabiliū. Et hec vsura tā exe/
cranda reputat̄: ꝙ ius naturale diuinū ⁊
canonicū vniformiter se habent negatiue
ad oēs casus vsurarios: qꝛ pari rōne sicut
in vno casu sic ⁊ in quolibet prohiberi de/
buit: cū de sui natura sit mala. Et huiꝰ sen/
tentie est Jo.an. in mercu. in regula pctm̄.
Dicit etiam Alexan. de hales in. iij. parte
sūme ꝙ q̄uis hominē occidere sit peccatū
in se: nō tamē s̄m se. Et ideo quādoq̄ȝ licet
occidere: qꝛ dominꝰ in aliquibꝰ casibꝰ ho/
micidiū cōcessit. Dare tamē ad vsurā ē pec
catū in se ⁊ s̄m se: qꝛ nunq̄ȝ ī aliquo casu li/
cet: ⁊ sic nulla potest in ea cadere dispensa/
tio: vt pꝫ plane extra de vsur̄.c. sup eo. Tā
ta nāq̄ȝ ē illius feditas ꝙ etiā in extrema
necessitate quādo licet furari: nō licꝫ aliū
inducere ad mutuandū sub vsura. Ut igi/
tur vsure vitiū magis elucescat p̄mo notā/
dū est ꝙ in omni cōtractu ex hoc cōtingit
vsura vel nō ꝙ aliquis accedit sorti vl' qꝺ
est de sorte: verbi gratia. Si quis possidet
domū vel fundū vel huiusmodi fructꝰ in/
de excrescēs de sorte est: ⁊ nō accedit sorti.
Si quis igit̄ emit aliquā rem iusto precio
res ipa secū portat sortē suam: ⁊ si qua pro
uenit inde excrescētia illa de sorte est: ⁊ nō
accedit sorti. Et eodē modo cōtingit in lo/
catione. Cōmodatū aūt si manet in sua na
tura nō recipit excrescentiā sortis: s̄ magis
tūc in alio contractu transit scꝫ in locatū.
Ex quo relinquit̄ ꝙ solū in mutuo lucruꝫ
accedit sorti: ⁊ ideo in hoc cōcordant om̄s
doctores ꝙ in mutuo nō licet accipere vl/
tra sortē: ⁊ ꝙ solū in cōtractu mutui veri vl'
interpretati cadit vsura. Hinc. xiiij. q. iij. c.
putant: dicit quedam glo. ꝙ sunt duo con/
tractus qui ꝺ sui natura sūt gratuiti. s. mu
tuū ⁊ cōmodatū. Mutuū em̄ si nō est gra/
tuitū iam nō est mutuū sed vsura. Cōmo/
datū vero licꝫ nō sit gratuitū tamen nō est
vsura q̄uis desinit esse cōmodatum; sed si
quid recipit̄ pro re cōmodata ⁊ ē pecunia
tūc cōmodatū transit in emptionē ⁊ vendi
tionē. Si vero est alia res que datur ꝓ ea:
tūc trāsit ī permutationē: ꝙ si ꝓ vsu rei pe
cunie recipit̄ tūc transit ī locationē: Si de/
niq̄ȝ res alia recipit̄ tūc transit in cōtractū
scꝫ innominatū scꝫ do vt des. Ex quo de/
nuo relinquit̄ ꝙ solū in cōtractu mutui cō
sistit vsura. Et ideo tenendū est generalit̄
ꝙ quādocūq̄ȝ dicit̄ vsura cōmitti ī aliquo
cōtractu emptiōis: venditiōis: locationis
ꝑmutatiōis ⁊ similiū: tūc semꝑ intelligun/
tur ibidē esse duo ꝯtractꝰ. Exempli gratia:
vendo tibi ꝓ decē qꝺ vix valet octo: ⁊ hoc
ꝓpter dilationē solutiōis: tūc ē ibidē vsura
⁊ ꝑ ꝯsequēs duplex ꝯtractꝰ. s. vēditionis:
⁊ mutui: cuiꝰ gratia preciū adauget̄. Se
cūdo notādū ꝙ triplex est vsura scꝫ animi
signi ⁊ pacti. Usura vero animi ē cū q̄s p̄n
cipaliter mutuū dat ꝓpter spem lucri: ⁊ sic
cōmittit̄ vsura sola intētiōe corrupta ex ꝑ/
te creditoris q̄ principaliter mutuauit spe
lucri: ⁊ tūc tenet̄ creditor ad restitutionem
ex quacūq̄ȝ etiā intētiōe debitor illi dede/
rit: vt ex̄ eo. ti. in. c. ꝯsuluit: ī glo. Quidaꝫ
tn̄ distinguūt ⁊ meliꝰ: dicētes ꝙ si debitor
aliq̄d dedit ex sola liberalitate ꝑ modū do
ni: tūc nō tenet̄ eidē restituere s̄ dꝫ pauꝑi/
bus dare nō ex p̄cepto s̄ ex ꝯsilio: ⁊ dꝫ de ī
tentiōe corrupta penitere. Si xͦo dedit ra/
tiōe mutui p̄ncipal'r: tūc nō abdicauit illꝺ
a se volūtarie s̄ ꝯditionate: ne. s. mutuans
reputet se grauatū ⁊ alter̄ īgratū: ac ꝓpter
h̄ al's nō īueniret tale mutuū: ⁊ tūc restitui
dꝫ mutuāti: ⁊ ꝑ h̄ saluari pōt ꝯtrouersia q̄
xsat̄ int̄ doctores q̄ sumit̄ ex. c. ꝯsuluit: ex̄
de vsur̄. vbi ꝺr in glo. ꝙ lꝫ tal' in foro iudi/
ciali nō est puniēdus tanq̄ȝ vsurariꝰ: tn̄ in
foro cōscie ⁊ eccl'ie iudicādus ē male age/
re: ⁊ inducendus ē nō ꝯpellendus vt sic ac
cepta restituat: qꝛ quo ad deū reuera vsu/
rariꝰ ē. Ex h̄ dicūt Scotꝰ in. iiij. ⁊ Alexan.
lomb. ī tractatu suo: ꝙ lꝫ talis vsura mēta
lis cū culpa mortali fiat ad restōne tn̄ non
obligat: Et adducūt exēplū de furto: ꝙ si
q̄s grat̄ liberalit̄ ī dono recipit qꝺ furari
ꝓposuit: tūc licet talis furet̄ mēte nō tamē
oꝑe nec ad restōnē obligat̄. Sic qui ex cō/
cesso mutuo lucrari ītēdit a debitore tn̄ ni/
hil exigit sed gratis datū recipit: q̄uis sit
vsurariꝰ mente: tamē nō ē oꝑe ita ꝙ teneat̄
restituere. Ad qꝺ rn̄det Jo. an. ī mercu. su
per regula pctm̄: ꝙ int̄ illos duos casus ꝓ
bat̄ eē magna dissilitudo. Nā lꝫ donatariꝰ

in casu furti corruptã intẽtionẽ habuerit:
nõ tamẽ donatio causat̃ ab eius facto: nec
annexa est illi intentioni corrupte. Cuius
ꝯtrariũ in mutuo cadit: qꝛ cũ ex bono cha/
ritatis gratis fieri deberet: fit principalit̃
ex spe lucri: cui vitiose spei effectꝰ ꝯsequit̃
qđ ẽ lucꝝ: ⁊ iõ talis ad restõnem obligat̃:
qꝛ lucrũ exinde sub tali intentione receptũ
ẽ vsurariũ: ⁊ hec opĩo vera ẽ ẜm Inno. Ho
stieñ. Archi. ⁊ Ray. Patet igit̃ intuẽti ꝙ
he due opiniões ꝯrie ꝯcordari possũt per
supradictã distinctionẽ: quã ponit archi/
epũs florẽtinꝰ in tractatu restitutionũ. Hec
aũt intentionat̃ vsura ꝑiculosior ẽ ꝗ̃ illa q̃
fit cũ expꝯssis pactiõibꝰ. Primo: qꝛ in foro
causarũ minime repeti põt. Scđo qꝛ ꝓpter
suas subtilissimas palliatiões a mult̃ aua
ricia cecatis cognosci nõ põt. Exẽpli grã:
vt vnũ casũ ponamꝰ de pluribꝰ. Si ematur
fundus vł ager iusto precio ea cõditione ꝙ
qñcunqꝫ vendẽs ementi ꝑciũ illud restitu/
rit fundũ vel agrũ rehabebit: tunc ille con
tractus in se nõ ẽ vsurariꝰ ẜ licitus: vt dic̃
glo. magna. in. c. ꝯquestꝰ: ex̃ de vsur̃. potest
tamẽ ille ꝯtractꝰ illicitꝰ ⁊ vsurariꝰ iudica/
ri scꝫ si emptor sub spẽ emptionis intendit
mutuare ꝑciũ agri: ⁊ ꝑ tale lucrũ lucriface
re annuos fructus agri: tũc eñ vsura iudi
cat̃ ex intentione: licet ab ecclia ẜm Archi
dia. ex ħ ꝯdẽnari nõ põt. Qđ si simplici in
tentiõe agrũ emit iusto ꝑcio paratꝰ tamen
restituere venditori reqrẽti nõ ẽ ibidẽ vsu/
ra. Signũ autẽ intentionis simplicis ẽ ꝙ
dat iustũ ꝑcium ⁊ intẽdebat emere possessi
ones vł redditꝰ: ac etiã ꝙ potiꝰ eligeret fũ
dũ tenere ꝗ̃ precium recipere. Ceterũ tri
plex vsuraria intentio distingui põt in cõ/
tractibꝰ. Prima dicit̃ antecedens q̃ viget
anteꝗ̃ mutuũ dat̃ vł quãdo dat̃: qđ pro/
prie directe est contra mandatũ dominicũ
si tamẽ postea ꝓpositũ mutaret ad regulaꝫ
charitatis anteꝗ̃ vltra sortẽ recipet: tunc
gratis datũ licite retinere posset. Secũda
dicit̃ cõcomitans q̃ scꝫ mutuando non vi/
get tamẽ si mutuũ recipiens postea in mu/
tui recõpensationẽ aliqđ dat: ⁊ mutuans
ꝓpter eandẽ cãm libenter ħ acceptat: tũc cõ
mittit vsurã habẽs corruptã intentionem
cõcomitantẽ. Tertia dicit̃ subseqũẽs: que
scꝫ tam mutuando ꝙ̃ solutionẽ recipiendo
nõ viget: ẜ lapsu tẽporis cupidine ꝑualen
te vult mẽte ⁊ ostendit ore vł oꝑe ꝙ propt̃
mutuũ prius factũ sibi fiat munꝰ a manu a
lingua vł ab obsequio. Et hi oẽs nõ solum
cõmittũt vsurã ⁊ tenent̃ ad restõnem ẜ eti
am q̃cunqꝫ in ius talis mutui succedũt: vt
filij vł heredes. Et hec ẽ sentẽtia Archid.
xiiij. q. iij. c. j. Qꝛ si querit̃: vtꝝ si nõ fuit in
tentio creditoris aliquid ex mutuo recipe
re ⁊ debitor aliquid dat teneat̃ creditor ad
restõnem. Ad hoc dicendũ ꝙ ex ꝑte debi/
toris in remunerãdo in mutuante triplex
intentio distingui potest. Prima dicit̃ ti/
morosa qua scꝫ debitor timet displicere cre
ditori quem credit velle remunerari: vł ti/
met ab eo sibi mutuatũ auferri: vel ne in/
ueniret iterũ mutuare volentẽ si nõ remu/
neraret: ⁊ in similibus casibꝰ. Unde si cre
ditor hanc intentionẽ scit aut credit vł sal/
tem verisimiliter credere deberet restitue/
re debet accepta: tamẽ non tenet̃ restituere
bona fide consumpta: ẜm Guił. Secunda
dicit̃ gratiosa quãdo scꝫ in remunerãte re
spectus aliquis remunerationis interue/
nit: nõ tamẽ principaliter ꝓpter illud fit: ẜ
magis ex gratia: ⁊ tũc creditor hoc credẽs
nõ tenet̃ ad restitutionẽ. Tertia dicit̃ amo
rosa quando scꝫ ex sola charitate debitor
aliquid creditori donat: ⁊ si creditor talit̃
datũ credit: restituere nõ tenet̃. Qꝛ si q̃rit̃
Cur nõ potest eque bene retineri ab vsura
rio mentali: cui debitor ex mera liberalita
te ⁊ libertate facit recõpensationẽ. Ad hoc
dicendũ ꝙ hoc venit ex diuino ꝑcepto sta/
tuente edictum ꝙ ĩ mutuo nihil sperari de
beat: cũ quo precepto recipiens ad mutuũ
dispensare nõ potest: ⁊ quia talis recompẽ
satio fit cõtra legẽ iuste principantis saltẽ
in eo qui taliter mutuat: ideo debitor recõ
pensationẽ facere deliberãs: licet quantũ
in se est mutuanti licite dare potest: tamen
nõ potest sic libere dare ꝙ taliter mutuãs
licite potest sic vltra sortem recipere: vt pꝫ
plenius superius in sermone vbi agit̃ de
mutuo facto alicui cõitati. Usura vero si/
gni ẽ cũ pactũ expꝯssũ nõ interuenit ẜ q̃daꝫ
signa intentionẽ animi manifestãtia: puta
cũ mutuãs insinuat ꝟbo nutu vł signo q̃/
cũqꝫ ꝙ nõ mutuaret nisi lucꝝ aliqđ spera/
ret: siue cũ post mutuũ negat terminũ vel
iuramenti denegat relaxationẽ ei qui iura
uit se nõ absentare ⁊ his similia. Talis eñ
nõ tñ qđ accepit inde tenet̃ restituere: sed
etiam illi tenet̃ restituere q̃ tali modo mu/
tuũ recepit: nisi canonicũ aliud obstaret.
Cuiꝰ rõ est: quia nõ refert quid ex eq̃pollẽ
tibus fiat: nam sicut non refert vtruꝫ quis
aliũ gladio vł baculo interficiat: sic nõ re/

fert an ꝟbo signo demõstratiõe vel circū/
locutione q̃s aliq̃d ostendat: vt ex̄ de con/
san. ꝛ affi. c. tua nos. ff. si cer. petat̃. l. certū
est. Usura deniq̃ȝ pacti fit cū pacto expͣsso
de acq̃rēdo lucro vltra sortē. Et vt tangit̃
ex̄ de exces. p̄la. c. inter dilectos: in glo. tri
plex ē vsura. Prima d̄r vsura cõmunis: et
ē illa q̃ in die vel septimana vel in mēse ex
cedit sortem: sicut ptȝ ibidē in textu de cle
rico ludente ad taxillos q̃ ↄcessit socio. xj.
p. xij. ꝛ sic p̄ma die potuit excedere. Scd̃a
dicit̃ centesima: q̃ scȝ excedit sortē ī anno.
Tertia dicit̃ septupla vel sexagesima que
scilȝ excedit medietatē sortis in anno. Ān
Justinian⁹ impator ꝑmisit vsuras centesi/
mas ꝛ sexagesimas scȝ leuissimas q̄ꝛ vidit
homīes imperij sui prauos esse ꝛ ꝓnos ad
dādū ad vsurā: ꝛ ꝑmisit min⁹ malū ad eui
tandū maius: ꝑmisit inquā: id ē non puni
uit: vn̄ leges implicite ꝓhibent vsuras vt
B supra tactū est. Tertio notandū ꝙ vsura
ſm oēs doctores ꝓprie nõ cõmittit̃ nisi in
ↄtractu mutui. Mutuū aūt dicit̃ qn̄ aliqd̄
meū fit ꝑ aliqd̄ temp⁹ tuū: ꝛ ideo necesse ē
ꝙ solum in illis reb⁹ quib⁹ mutuū interue
nire pōt vsura cõmittat̃. Quas Alexā. de
hales distinguit ī triplici genere. Quedā
enī mutuant̃ sub certo numero sicut pecu
nia: quedā sub certo pondere sicut aurum
quedā etiā sub certa mēsura sicut granum
vinū oleū ꝛ sil̄ia: in q̃b⁹ solū ꝓprie cõmitti
tur vsura: cui⁹ ratio ē: q̄ꝛ sole res circa q̃s
mutuū ↄsistit habēt de natura vl̄ arte sibi
cõstitutū valorem: quē trāscēdere minime
possunt nisi vitiose ↄtra naturam vel artē
agat̃. Ad Hanf. autē q̃ obijcit etiā in alijs
reb⁹ cõmitti vsuram posse vt in equo vel p̄
dio ꝓ pecunia mutuata in pign⁹ recepto:
dicendum est ꝙ distinctio fieri debet inter
vsurā que exigit̃ ab vsurario vltra sortem
vel mutuū qd̄ ꝓprie dicit̃ vsura: ꝛ int̃ res
in qua cõmittit̃ vsura q̃ est ip̄m mutuū vt
equus vel agrum d̄ quo gignit̃ ip̄m lucꝝ:
nā si ponderat̃ id qd̄ mutuo dat̃ cui ꝓprie
ꝛ vere accedit vsura: tunc semꝑ ↄsistit ī tri
bus p̄dictis: si ꝟo ponderat̃ ꝑmiū qd̄ da/
tur: tunc esse pōt aliud a p̄dictis: ſ3 hoc im
proprie ꝛ īterp̄tatiue dicit̃ vsura. Quar
to videndū est de interesse quõ pōt admit/
ti in ↄtractib⁹. Pro quo sciendū: ꝙ inter/
esse ſm doct̃. est q̃daȝ euitatio dāni vel re/
cõpēsatio dāni: vnde ſm Tho. scd̃a. 2ᵉ. q.
lxxviij. ꝑ interesse: id ē ꝓ occurrenti dāno
euitādo licitū ē pacisci cū alio recipere ali/
quid vltra sortem absq̃ȝ vitio vsure: ita ꝙ ī
pactum deducat cum eo cui mutuat dam/
ni recõpensationē per qd̄ sibi subtrahitur
aliquid qd̄ habere deberet: q̄ꝛ hoc non est
vēdere vsum pecunie vel mutuū sed dānū
euitare: recõpensationē tñ dāni qd̄ ↄside/
rat̃ in hoc ꝙ de pecunia non lucrat̃: non
pōt in pactū deducere: quia nõ debet id vē
dere qd̄ nõdū habet: ꝛ multipliciter impe/
diri pōt ab habēdo. Deniq̃ȝ qualiter vnus
quisq̃ȝ pacisci pōt ꝓ interesse dāni emergē
tis tam de p̄terito q̄ȝ de p̄senti ꝛ de futuro
diffusius patet superius in sermone vbi la
tius agitur de hm̄õi interesse. Quīto no
tandum est de emptione ꝛ venditiõe ī qua
cõmittitur vsura plus vēdēdo ꝓpter dila/
tionem solutionis: aut minus emēdo ꝓpt̃
tempus anterioratiõis. Pro quo sciendū
ꝙ si vendens petenti dilationem solutio/
nis: auget ꝓpterea p̄cium solutionis: non
tamē vltra terminū iusti p̄cij scȝ rigidi gra
dus: de quo dictū est supra: tūc ex vi ↄtra/
ctus non cõmittit vsurā: q̄ꝛ talis nõ vēdit
vltra iustum p̄cium q̄ȝuis non faciat grãȝ
remissionis p̄cij descēdendo ad gradū di/
scretū vl̄ piū: qd̄ libēter faceret si emēs sta
tim solueret. Nam aliud ē non facere gra/
tiam aliquā pro eo ꝙ facit gratiā expecta/
tionis: ꝛ aliud est ꝓpter expectationē sim/
pliciter excedere iustum p̄ciuȝ. Insup hoc
generaliter tenēdū est ꝙ tempus illud vē/
di potest qd̄ est ꝓprium p̄stitoris aut vendi
toris: tempus aūt qd̄ non est ꝓpriū p̄stito
ris sed potius receptoris sicut est in omni
mutuo nunq̃ȝ vendi potest. Et sic licȝ ꝓpt̃
tempus rem plus vendere aut min⁹ eme/
re q̄ȝ temꝑe ↄtractus valeat: quādo nõ ex
malicia ↄtrahentiū sed ex ꝓpria natura cõ
tractus illud procedit. Exemplū p̄mi. Si
quis vendit equū non potest vendere tem
pus: cum in ↄtractu fit translatio dominij
ip̄ius equi ꝛ sic tempus est ꝓprium empto/
ris: si vero vendit vsum equi tūc potest vē
dere tempus: quia tunc est proprium ven/
ditoris eo ꝙ non transfertur dominiū eq̃.
Exemplum secundi: vendis bladū ob al/
terius rogatum in hyeme quando minus
valet: ponit illud vltra iustum precium: q̄ꝛ
seruare proponebat et disponebat illud in
estate quādo pl⁹ valet. Et econtra dici pōt
de emente: vnde si taliter bladum vēdens
non disposuit illud seruare: tunc vsurā cõ
mittit: quia ex malicia cõtrahentis ꝛ non
ex natura contractus plus iusto vēdidit.

Sed de hoc superius visum est vbi agitur
de augmentatiõe p̄cij propter dilationem.
Similiter ius vel vsus rex̄ pro futuro tp̄e
minus emi põt q̄ si p̄sentialiter traderet̃:
ꝛ quãto ius futurox̄ protendit̃ in lõgiora
tẽpora tanto ceteris parib⁹ emi põt mino/
ri p̄cio: qd̄ sane intelligit̃ in his rebus ĩ q̄/
bus ius rei differt ab ip̄a re vel ab actuali
possessione ꝛ vsu rei. Et sic pro redditibus
ac possessionib⁹ ꝛ similib⁹ licz minus dare
q̄ꝫ toto tẽpore valẽt in fructib⁹. Similiter
ponat̃ casus d̄ pecunia: q̄ creditor habeat
ius pcipiendi a debitore singulis ãnis cen
tum coronas vsqꝫ ad .x. ãnos: q̄ faciũt mil/
le coronas: tunc tp̄s illud est propriũ debi
toris ꝛ põt vendere creditori: ita q̄ ĩ pm/
pto dabit tm̃ octingentas coronas. Sed h̄
latius patent supius vbi agit̃ de diminu/
tione p̄cij ppter anteriorationẽ solutiõis.

C Sexto notãdũ est d̄ mutuo coactiuo sim
pliciter vel f̄m quid: naz mutuũ qd̄ simpli
citer fit ex coactione scz cõmunitate vel su
periore cogente excusat̃ ab vsura: quia ta/
lis coactio multuz aufert de rõne mutui ꝛ
p ꝯsequens de rõne vsure: de natura nãqꝫ
vsure est q̄ fiat in mutuo voluntario cum
spe lucri: hoc autẽ mutuũ est coactum sine
spe lucri saltem p̄ncipaliter: ꝛ qd̄ non ẽ li/
citum in lege: necessitas licituz facit: vt ex̄
de reg. iur. Uerũtamẽ recta intẽtio necessa
rio ꝯiungit̃ coactioni: q2 si cogi placeret il
licitũ fieret: eo q̄ coactio in voluntarium
transiret. Similiter mutuũ volũtariuz f̄m
quid excusari põt ab vsura: verbi grã. Si
rem meam p potẽtiã vel iniusticiã occupa
sti: vel mihi vim facis ĩ rebus meis: vl̄ nõ
restituis mihi rem mutuo p̄stitam locataz
vel cõmodatam: aut etiaz non soluis mihi
opas impensas aut alia quecunqꝫ debita:
vel non vis desistere ab iniuria mea nisi ti
bi mutuẽ centum: quo facto desistis iniuri
ari: ꝛ omĩa pmittis restituere: hoc non est
vsura ex pte mea: cum nihil lucrer: sed re/
dimo vexationẽ iniustam: mea recupo: et
me defendo qd̄ licet: ar. ex̄ de si. c. dilectus
nec vsurã cõmitto si ppter mutuũ mihi sol
uat̃ iustũ debitũ vel nõ exigat̃ iniustũ de/
bitũ. Et h̄ latius patẽt supi⁹ vbi agit̃ de lo
cationib⁹. Septimo notãduz ẽ de dubio
vel piculo qd̄ ĩteruenire põt ĩ ꝯtractu mu
tui veri vl̄ interp̄tati: grã cuius põt aliqñ
aliq̄d vltra sortẽ recipi: lz vt freqñter vsu
ra palliata se latenter ĩmiscet. Ad cui⁹ eui
dentiã regule generales dari pñt. Prima
ẽ q̄ in mutuis veris vel interp̄tatis spe lu
cri p̄ncipaliter factis: dubiũ seu piculuz a
fenore nõ excusat: cui⁹ rõ est: q2 si p̄ncipali
ter fiunt spe lucri tunc vsure vitiũ est anne
xum: ꝛ ideo dubiũ ꝛ periculũ de sui natu/
ra nõ tollit vitiositatẽ a tali mutuo. Scd̄a
est: q2 dubium ꝛ piculũ non tollit vsure vi
tiũ: nisi dominiũ ꝛ vsus rei piclitantis cũ
qua lucrat̃ ad lucrantẽ ptineat: quia ex re
sua non aliena q̄s lucrari debet: cui⁹ ratio
est: q2 cũ in actu lucrandi piculũ mercium
vel pecunie nullo respectu actus mercãdi
spectat ad ip̄m tradentẽ: sed solum ad euz
cui res tradite sunt: tunc eoip̄o rex̄ vsus ꝛ
dominiũ quo ad actũ illũ mercãdi spectat
ad eum solum cui⁹ piculo currunt: res enĩ
pdit̃ dño suo. Tertia est: q̄ dubiũ vl̄ peri/
culũ a fenore nõ excusat vbi ĩ ꝯtractu cau
sa tp̄is nõ pprij pl⁹ aliq̄d sperat̃: cui⁹ rõ ẽ:
q2 ibi semp p̄sumit̃ esse mutuũ vex̄ vel ĩter
p̄tatiuũ cuz fit spe lucri ppt̃ intercurrens
tp̄s: d̄ q̄ dictũ ẽ supra. In ꝯtractu igit̃ mu
tui veri vl̄ interp̄tati q̄druplex dubiũ siue
piculũ interuenire põt. Primo in capitali
ꝛ nõ lucro. Scd̄o ĩ lucro ꝛ nõ capitali. Ter
tio nec in capitali nec in lucro. Quarto et
in capitali ꝛ ĩ lucro. De q̄bus supi⁹ dictuz
est vbi agit̃ qñ dubiũ vel periculũ excusat
vbi diuersi casus specificãt̃. Octauo no
tandũ est de mutuo in locatiõe aĩaliũ. De
quo dicit Alex. de alexã. q̄ duob⁹ modis
ibi ĩteruenire potest fraus vsuraria. Pri/
mo qñ lucrũ qd̄ ex tali cõmissione puenit
ortuz habet ex mutuo: vt si diues pauperi
mutuat centũ coronas ad emẽda iumenta
nutriẽda ad lucrũ vtriusqꝫ: tale lucx̄ est vi
tiosum: q2 ortuz habet ex mutuo: hinc siue
totũ siue ptem mutuo tradit nunq̄ꝫ ex mu/
tuo lucrũ sumere põt. Scd̄o qñ excluditur
piculũ p̄ncipalis cõmissi a cõmittẽte: siue
qñ cõmittẽs sibi taxat lucx̄ ĩ tãta quãtita/
te q̄ nõ recõpensat̃ labor ꝛ sollicitudo nu/
triẽtis f̄m rectaz estimationem. Hinc Mo
naldus in summa ponit regulam genera/
lẽ dicẽs: h̄ generaliter verũ est q̄ vbi pba/
biliter dubitat̃: vtx̄ ꝯditio vni⁹ sit deteri/
or vel alterius ex forma cõditiõis vl̄ pacti
adhibiti in ꝯtrahẽda societate nõ ẽ pecca/
tũ: vbi aũt ad arbitriũ boni ꝛ experti viri
grauat̃ alterius ꝯditio: peccatum ẽ ex pte
grauantis si sciẽter h̄ faciat: ꝛ tenet̃ ad re/
stitutiõez. Nõ pt tñ dari generalis doctri/
ne sup hmõi traditiõib⁹ aĩaliũ ppt̃ varie/
tatẽ traditionũ ꝛ varios dolos q̄ sub tali

bus ꝯditionib⁹ a q̄busdā excogitant̄ enor
miter: Quis nō vltra medietatē iusti p̄cij.
In quo casu non solū eccl'ia sed etiā p̄uat⁹
quisq̃ tenet̄ ad restitutionē et si non iure
fori saltem iure poli. Et maxime q̄ñ simpli
cem circūuenit: vt extra ď emp. ꝛ ven. c. cū
dilecti. Ad laudem dei.

De decem p̄ceptis mercatorū que necessario sunt obseruanda: vitam eternam mercari volētibus: Sermo XLVII

On fur. fac. Exo.
xx. Digressi paulolongi⁹ ꝑpter
varios euent⁹ ꝛ casus mercatio
nū ꝛ ꝯtractuū: iā cum gr̄a reuertamur ad
depingendū stilo cōpendioso vitā merca
toꝝ illoꝝ: q̄ saluari desiderāt: ne seducti ī
ignorantia: de tēplo regni celestis eijciāt̄
foras in tenebras exteriores. Multa nā
q̃ requirūt̄ in mercatore diuinis legib⁹ et
humanis approbādo. Primo requirit̄ po
tissime timor dei in oīb⁹ agendis. In quo
vt efficacius nutriat̄ tria sunt necessaria.
Primo vt missas ꝛ alia officia diuina fre
quētare nō desinat p̄sertim ī dñicis dieb⁹
ꝛ festis: sūmope cauens ne mercantiaꝝ ne
gocijs implicet̄ illis dieb⁹: nisi q̄tenus ꝑ
missum repit̄: de quo patȝ supra in. iij. p̄ce
pto heu quot mercatores īter fideles ꝛ in
fideles longā morā trahentes: ac tp̄alib⁹
dūtaxat lucris inhiātes: tāq̃ aīalia irrati
onabilia viuunt sine aliquo signo christia
nitatis: q̄bus satis cōpetit illud Prouer.
xx. Sanguisuge due sunt filie dicētes af
fer affer: tales enī sanguisuge merito com
parant̄ q: sine miseratione plerosq̃ euisce
rant iniusticijs deceptionib⁹ mēdacijs ꝛ si
milib⁹. Quoꝝ due sūt filie. s. cupiditas et
voluptas: totū enī eoꝝ studiū circa h̄ duo
versat̄: vna congregat impie ꝛ alia dilapi
dat superflue in cōmessatioīb⁹ et ebrietatib⁹
ꝛ luxurijs et impudicicijs sicut q̄tidiana
docet expientia. Scđo vt reuereat̄ loca sa
cra nec p̄sumat quoquo modo mercātias
exercere vł secularia q̄cūq̃ tractare ī locis
sacris ꝛ deo dicatꝭ: q: dñs vt ceterꝭ timorē
incuteret ꝯ tales ardentissimū zelū ondit:
vt habet̄ Mat. xxj. Intrauit ī tēplū et
eiecit oēs vendētes ꝛ emētes inde: dicens
eis de domo dei: vos fecistis illā speluncā
latronū. Et lȝ multi eoꝝ in eccl'ia vel locis
sacratis non emūt neq̃ vendūt: vacant tñ
ibidē frequēter ꝑniciosis ꝯfabulationib⁹
ꝛ ꝯuersatioīb⁹: vero christiano p̄sertim in
talib⁹ locis multū dedecentib⁹. Hinc ma
ter ecclesia maximā diuinā offensam ī tali
bus ꝯsiderās li. vj. de imu. ec. c. decet do
mū: non solū ꝓhibet ī hmōi locis fieri ne
gociationes ꝛ nūdinaꝝ ac fori cuiuscunq̃
tumult⁹: sed etiā q̄lis ibidē eē debeat chri
stiani ꝯuersatio plenarie ꝓsequit̄ in fi. cō
cludēs. Ne vbi ē pctōꝝ venia postulanda:
ibi peccādi det̄ occasio. Tertio vt lucrum
mercātie querat intentiōe recta. Nam s̄m
Alex. de hales etiam laico mercari non li
cet: nisi ꝓpter duo. Primo ꝓpter necessi
tatē: vt scȝ ꝑ hoc sibi ꝛ sue familie ꝓuidere
valeat rōnabiliter: s̄m ꝯditionē ꝑsone sue
ꝛ status sui: vnicuiq̃ enī laico licitū est lu
crari tp̄alia iuste vsq̃ ad ꝯdecentiā status
ꝛ ꝑsone: ꝛ non vltra nisi causa pietatis: q:
quecūq̃ supesse possunt tenet̄ in elemosy
nas distribuere vt visū ē supra in. iiij. p̄ce
pto. Secūdo ꝯo ꝓpter pietatē: vt scȝ iuste
lucret̄ qđ paupibus distribuat vel ī alias
pias causas ordinet. Aut si s̄m Tho. scđa
2e. q. lxxvij. intendit negociationi ꝓpt̄ pu
blicam vtilitatem: ne scȝ res ad vitam ne
cessarie desint patrie: et lucrum petit non
quasi pro fine sed quasi stipendium sui la
boris condiuidendum pauperib⁹ hoc enī
similiter dici pōt pietas. Si tamē in eo ca
su p̄ncipaliter finem in lucro poneret s̄m
Tho. illicitū ē. Deniq̃ mercari ꝓpter sub
stātias cumulādas ꝛ improbā cupiditatē
vel ꝓpter aliū finē ex̄ charitatē dānabile
eēt: q: tūc niteret̄ q̄s ea congregare q̄ dñs
p̄cepit paupibus erogare: vt ptȝ. xlvij. di.
c. sicut hi: ꝛ. c. oēs. Et his q̄dē trib⁹ merca
tor fidelis adiūgat: vt semꝑ societatē p̄ser
tim familiarē alioꝝ indisciplinatoꝝ ꝓ pos
se caueat: q: tales potissime sibi ꝯiunctos
ad letale dispēdiū ꝓprie salutis ꝓtrahūt.
Scđo req̄rit̄ fidelitas ī sacro mr̄imonij:
nā vt ďr. xxvij. q. ij. c. j. §. Illud mr̄imoniū
est viri mulierisq̃ ꝯiūctio: glo. legitima vł
digna: indiuiduā vite consuetudinē reti
nēs: q: s̄m Hos. hac intētiōe iūgi debēt in
mr̄imonio: vt sił remaneāt ꝑpetuo. Et iđo
vir non pōt votū ꝑegrinatiōis lōge voue
re et exeq̄ sine licētia vxoris excepto voto
hierosolymitano qđ ꝯcessum est in fauorē
terre sācte ꝛ fidei christiane. Qui tñ si fra
gilitatē vxoris ꝛ ꝑiculū absentie sue sense
rit: tūc ei cōsulēdū eēt q̃ ab īpletione voti

in ꝓpria ꝑsona ꝓtūc cuꝫ dispēsatiōe papali
abstineret vel vxorē secū duceret: qꝛ male/
dictū lucꝝ qd̄ tali dāno vxoris cōpēsatur.
Et ſm Tho. ī qd̄libet. ī tali casu n̄ ē ꝯsulē/
dū viro ꝙ crucem accipiat ꝛ vxorē dimit/
tat: qꝛ necessaria nō debēt ꝑtermitti ꝓpter
ea q̄ sūt ꝓprie volūtatis. Viro nāqꝫ neces/
sario īminet curā vxoris gerere: ſ q̄d mixꝫ
cū nō sufficit virꝫ domi manere si voluerit
ꝯtinere: vn̄. xxvij. q. ij. c. Si tu abstines si/
ne vxoris volūtate tribuis ei fornicandi li
centiā. i. occasionē ꝛ pctm̄ illius tue impu/
tabit̄ abstinentie: vide lati⁹ supi⁹ in. ij. p̄ce
pto: vbi agit̄ de voto ꝯiugum. Q̄to igit̄
min⁹ se poterit vir elōgare ab vxore sine cō
sensu illi⁹ vel cū ꝑiculo vtriusqꝫ ꝓpter mo
dicū lucꝝ tꝑale: qꝛ ex hoc sequūt̄ infinita
mala sicut q̄tidiana docet expientia. Heu
quot mercatores ī lōginq̄s sine vxore mo/
rā trahētes: diuersis carnalitatib⁹ ꝛ spur/
ciciјs sese coinquināt ꝛ ꝓpriјs vxorib⁹ vio
landi sacr̄m matrimoniј causas multipli/
ces p̄stant: mercātiaꝝ lucꝝ cū meretricib⁹
execrabiliter ꝯsumentes: q̄propter vt fre/
quēter a dn̄o diuersis infortuniјs flagellā
tur: lꝫ intelligere nolūt in posteꝝ receptu/
ri grauius iudicium. Tertio requirit̄ in
v̄bis veritas: vt scꝫ nullo vtat̄ mēdacio:
p̄sertim ꝑnicioso nec iuramēto maxīe ꝑiu/
rio. Pro quo sciendū ꝙ in mercātiјs om̄e
mendaciuꝫ ꝑniciosū vel assiduū ē mortale
pctm̄: nam ſm Tho. ꝛ Rich. Si mētientis
intentio fert̄ ad ꝓximi deceptionē vel no/
cumentū: nō solū q̄tū ad corpus ꝛ famā ſ
etiā q̄tū ad terrenā substantiā: lꝫ nō ꝑdu/
cat̄ ad effectū: est tn̄ mortale pctm̄: qꝛ ex so
la intentione peccati mortalis q̄s mortalit̄
peccat: ꝛ si ꝑducit ad effectū tenet̄ ad resti
tutionē. Si v̄o non intēdit ꝓximū decipe
sed se indemnē ſuare: tūc nō ē mendacium
ꝑniciosū nec mortale pctm̄ nisi fuerit assi/
duū: tunc eni ſm Hosti. eēt mortale pctm̄
sicut ebrietas assidua: sicut ptꝫ. xxv. dis. §.
alias: ꝛ Ecci. xx. potior ē fur q̄ assiduitas
viri mēdacis: ꝑditiōeꝫ aūt ambo heredita
būt. Et hoc mēdaciū incurrūt oēs q̄ ad de
cipiēdū ꝓximū ꝯ mentē loquunt̄: q̄ Jude
ꝓditori merito cōpant̄ vēdentes veritatē
ꝓ pecunia: vt ptꝫ. xj. q. iij. c. abiјt: vbi dici
tur: q̄ veritatē ꝓ pecunia negāt deū pecu/
niā vendūt. Multū tn̄ detestabiliores sūt
q̄ mēdaciū ꝑiuriјs affirmant. De quib⁹ ait
Cassio. negociatores illi detestabiles esti/
māt̄: q̄ iusticiā dei miscōie ꝯsiderātes: ꝓ/
pter īmoderatū pecunie ambitū polluūt̄:
merces suas pl⁹ ꝑiuriјs onerātes q̄ p̄ciјs.
Sꝫ q̄dā mēdacia declinare volētes sophi/
sticis v̄bis vti ꝯsuescunt: tā astute v̄ba cō
ponētes: ꝙ ad plures etiā ꝯtrarios sensus
applicari pn̄t: vt sic decipiāt ꝛ mēdaciј cri/
mē euadāt. Sꝫ his dꝛ Ecci. xxxvij. qui so/
phistice loq̄t̄ scꝫ ad decipiēdū odibilis est
scꝫ deo ꝛ hoib⁹: verūtn̄ sicut nō refert vtꝝ
q̄s aliū īterficiat fuste vel gladio: sic nō re
fert vtꝝ decipiat v̄bis mēdacib⁹ vel sophi
stic̄: vtrū ve decipiat mēdaciјs assertoriјs
vel ꝓmissoriјs. Vn̄ dicit Tho. in qd̄libet̄
ꝙ cū eadē sit in vtroqꝫ fallēdi intētio: hinc
nō refert vtꝝ q̄s verbo scripto nutu vel q̄/
cunqꝫ facto decipiat. Quarto requirit̄ ī
factis equitas: vt scꝫ ꝓximuꝫ nō decipiat.
Primo in substātia rei emēde vl̄ vēdēde:
ne scꝫ vēdat auricalcū ꝓ auro: stānū ꝓ ar
gento nec vnā rem ꝓ alia: sic simplices de
ceptiōe circūueniendo: nec ecōuerso a sim
plici vēditore emēdo aurū ꝓ auricalco de
nariū ignoti valoris ꝓ min⁹ iusto p̄cio no/
tabilit̄ excedēs eq̄tatē iusti p̄ciј: qꝛ tūc ob/
ligaret̄ ad restitutionē: ꝛ peccaret mortali
ter. Scd̄o ī quātitate: qꝛ p̄cipit dn̄s Deut̄.
xxv. Nō habebis ī sacculo tuo diuersa pō
dera maius ꝛ minus: nec erit in domo tua
modius maior ꝛ minor: pondus habe
bis iustum ꝛ veꝝ ꝛc̄. ꝛ hoc intelligendum
est de omnib⁹ rebus que vēdunt̄ in nume/
ro regula pondere vel mēsura. Contra mā
datum hoc etiam faciūt oēs merces suas
humectātes ꝛ etiaꝫ denarios in pōdere al
leuiantes. Tertio in q̄litate: ne scꝫ vēdant
rē corruptā ꝓ sana vel equū claudū aut in
firmū ꝓ veloci ꝛ forti ac silia: q̄ in oīb⁹ fere
mercib⁹ solēt ꝯtingere cū vēdūt īueteratū
ꝓ bene valenti: nam ex hoc maximū peri/
culū īminet apothecariјs ꝛ silibus merca/
torib⁹. Similiter cauere tenent̄ ne faciant
admixturas ꝑegrinas ꝑniciosas: q̄ v̄tutē
ꝛ valorē rei notabiliter minuūt: ꝛ sic emē/
tes decipiunt: sed ve malicie tꝑis huius: ī
quo fere ī omni specie vendibili mixturas
viliores admittunt: ꝓut domin⁹ imprope/
rat Esa. j. dicens. Argentū tuum versū est
in scoriā scꝫ ꝑ cōmixtionē stāni vel plūbi:
vinū tuū mixtū est aq̄. Et sequit̄ dira cōmi
natio. Quidā etiā quod peius est q̄ vēdē/
do ostendunt res sanas ꝛ tribuunt corru/
ptas: ostēdūt res bonas et tribuūt malas
vel saltem min⁹ bonas: ostendūt maiores
ꝛ tribuūt minores: in his ꝛ silibus seipos

subdole q̄ritantes: vñ Ose.xj. ðr in ꝑsona
decepti: circũuenit me effraim ĩ negociati/
atione sua ⁊ in dolo dom⁹ sue. Effraim cre
scens interp̄tat̃ ⁊ signat mercatores q̃ per
maliciosas circũuẽtiones diuitijs crescũt.
Quinto req̄rit̃ emẽdi vel vẽdẽdi liber/
tas: ita ꝙ mercatores caueãt de ꝑniciosis
ꝯuẽtionib⁹ inter se: sicut cõtingere solet ꝙ
ꝯueniũt ꝑiter in h̃ ꝙ tm̃ duo vel tres emãt
vel vendãt mercãtiã aliquã: vt sic min⁹ iu
sto emãt vel magis iusto vendãt: vt sic ma
gis lucrari possint: ⁊ illi sunt detestabiles
p̄dones totã cõmunitatẽ spoliãtes: q̃ dicũ
tur in lege monopoli q̃ cũctis bonis spoli
ati mitti deberẽt in exiliũ: vt. C. de mono/
pol. l. vna. Siĺiter sunt q̃dã p̄occupatores
rerũ venaliũ q̃ nitunt̃ minus iusto emere ⁊
maius iusto vẽdere: detestabiles vtiq̃ rei/
publice: q̃ dicunt̃ in vulgari vorkouffer:
nõ ꝑpter ꝑpriã necessitatẽ sʒ ꝑpter impro
bam cupiditatẽ talia frequẽtãtes: ac tã̄q̃
aucupes in foro et in vicis insidiãtes: qui
grauiter peccãt: q2 q̄libet venale vł vsua
le ꝑpter ꝑpriũ cõmodũ ⁊ lucrũ faciũt cha
rius emẽti ⁊ vilius vendẽti q̃ iustũ sit s̄m
rectã cõmunẽ estimationẽ: multi etiã pecu
niosi queritãt euiscerare paupes ⁊ ĩ neces/
sitatib⁹ ꝯstitutos ꝑpter quas sua vendere
cogunt̃ domos possessiões ⁊ alia mobilia
vel ĩmobilia. Ex q̃bus hmõi sumũt occasi
onẽ aliũ circũueniẽdo in emendo citra iu/
stũ p̄ciũ: p̄ q̃ regula generalis dari põt: ꝙ
si venditio vel etiã emptio ꝑcedit ex ꝑba
bili ignorãtia vel ex mentis leuitate mani
festa vel p̄sũpta: sicut ꝯtingere solet ĩ ebri/
osis insipientib⁹ iuuenib⁹ ꝑdigis aut siĺi/
bus vel etiã ex quacunq̃ egestate aut alia
necessitate cõpellente: ⁊ ex h̃ taliter emens
aut vendẽs iniuste deprimit̃ in min⁹ vẽdẽ
do vel magis emẽdo: tũc talis cõtract⁹ nõ
ꝑcedit ex mera grata ⁊ libera volũtate et
sic militat nõ solũ ꝯtra iusticiã s̄ etiã ꝯtra
charitatẽ ⁊ ꝯtra naturalẽ hoĩs pietatẽ: q2
de aliorũ necessitatib⁹ q̃b⁹ ex fraterna cha/
ritate subueniendũ esset captat sibi cõmo/
dũ ⁊ lucrũ: cũ tñ in talib⁹ maior pietas ex/
hibẽda eẽt. Qsi obijcit̃ ꝯtract⁹ emendi ⁊
vẽdẽdi mere volũtari⁹ ẽ: nec de iure q̃s co
git̃ rẽ suã vendere nec rem alienã emere ⁊
sic taxatio p̄cij rerũ venaliũ mere volunta/
ria est: ⁊ p̄ cõsequẽs sortiet̃ ius ⁊ forũ mere
voluntariũ. Ad h̃ dicendũ ꝙ lʒ de iure nõ
cogit̃ rem suã vẽdere vel rẽ alteri⁹ emere:
tñ in actu ⁊ ꝯtractu vẽdẽdi vel emẽdi tene

tur formã ⁊ regulam iuris iusticie ⁊ eq̃ta
tis debite s̄uare: nã ĩ actu vẽdẽdi nõ licet
ei rei sue p̄cium iniustũ ponere ⁊ accipe: q2
tũc imponit nõ vt simpliciť sue s̄ vt ĩ alterũ
cõmutãde: ⁊ ꝑportionabiliť dicendũ ẽ de
emptione alioq̃n tenet̃ ad restitutionem.
Sexto requirit̃ t̄pis non sui inuẽdibili/
tas: ne scʒ t̄ps nõ suũ vẽdat ꝑpter dilatio
nẽ solutiõis p̄ciũ in mercib⁹ augmẽtãdo:
hoc enĩ oĩno ꝑhibet̃: ex̃ d̃ vsur. c. ꝯsuluit:
eo ꝙ ẽ manifesta vsura: q2 fiunt ibidẽ duo
ꝯtract⁹. Primo venditiõis ⁊ rõne hui⁹ nõ
cadit ibidẽ vsura. Scd̃o mutui: cum ex ter
mino dato p̄ciũ auget̃ q̃d nihil aliud ẽ q̃
ip̄i emẽti mutuare p̄ciũ mercãtie iam em/
pte ac ex tali mutuo lucrũ accipe: vt diffuse
dictũ ẽ supius: ⁊ nihilomin⁹ aduertẽdũ: ꝙ
si abs q̃ omi dilatiõe solutiõis q̃s alicui vẽ
deret rem ꝑ p̄cio adhuc ampliori q̃ fuit p̄
cium p̄ncipale cũ vsura supadiuncta: non
esset ibidẽ vsure vitiũ sed solũ iniuste vẽdi
tionis ⁊ iniusti p̄cij pactum: cui⁹ excrescen
tiã restituere tenet̃: q̃d a maliuolis plerũ
q̃ solet attẽptari charius vẽdẽdo trãseun
tibus aut rusticis aut ignaris q̃ mãsuris
discretis ⁊ assuetis: ⁊ sic in his tendunt la
queos deceptionis q̃b⁹ maxime subuenire
deberent b̄ñficijs charitatis: q2 dicit̃ ex̃ de
emp. ⁊ vẽ. c. placuit: statuit ꝯciliũ sacrũ ꝙ
p̄sbyteri moneant plebes suas: vt hospita
les sint atq̃ nõ chari⁹ transeuntib⁹ vẽdant
q̃ ĩ mercato vẽdere possint: vbi dicit glo.
Bar. brix. ꝙ ad h̃ p̄ excõmunicationẽ com
pelli p̄ñt: vt. xlij. di. vbi dicit̃. §. Hinc etiã
Jo. euãgelista ĩ ep̄ła sua quẽdã diotrepen 3. Joh.
excõmunicat q̃ nec paupes recipiebat ⁊ re
cipientes de eccł'ia eijciebat: h̃ ibi. Dicit tñ
Inno. ꝙ excõmunicari possent si nõ noto/
riũ eẽt ⁊ moniti emendare se nollent: hinc
etiã sequit̃ in. c. placuit: alioq̃n ad p̄sbrm
trãseũtes hoc referãt: vt illi⁹ iussu: cũ hu
manitate sibi vẽdãt. Septimo requirit̃ ĩ C
respectu ꝑximi charitas: p̄sertim ad illos
q̃ sũt eiusdẽ mercãtie: ne nimiũ querens q̃
sua sunt: cõmercatorũ suorũ ꝓsperitati ĩui/
deat: ac p̄ hoc ꝑuocet̃ ad diffamãdas mer
ces alienas: sicut q̃dam faciũt in maximũ
dispẽdiũ salutis sue: q̃ merces aliorũ iniu/
ste diffamãt: vt eos ĩ vẽditiõe impediãt et
ꝑprias merces charius vẽdãt: q̃d ẽ mẽda
ciũ valde ꝑniciosũ ex multis cõcurrẽtib⁹:
nã primo ẽ ibi negatio veritatis q̃d est ma
lũ. Scd̃o intẽtio fallẽdi q̃d est pei⁹. Tertio
iniuria ꝑximi quem impedit a vẽditione.

mendaciũ in adulatione cõmissum iudicãdum sit mortale peccatũ: ꝑsertim cum sup ps̃.lxix. Conuertant̃ statim erubescẽtes. dicit glo. ꝙ plus nocet lingua adulatoris ꝙ̃ gladius ꝑsecutorum. Ad hoc dicendum ẜm Tho.scd̃a 2ᵉ.q.cxv. ꝙ adulatio tripliciter contrariat̃ charitati: ⁊ ꝑ cõsequẽs iudicat̃ esse peccatũ mortale. Uno modo ratione ip̃ius materie puta cum quis laudat alterius peccatũ tanꝙ̃ bonum vel factum strennuũ: iuxta illud ps̃.ix. Quoniã laudat̃ peccator in desiderijs anime sue ⁊c̃. Et hoc quia contrariat̃ dilectioni dei: contra cuiꝰ iusticiã loquit̃: ⁊ cõtra dilectionẽ ꝓximi quem in peccato fouet: et forte multis alijs per hoc nocet: ideo tale mendaciũ est graue. ⁊ plerũqꝫ multiplex mortale peccatum. De quo dicit Gregoriꝰ.xviij.moral̃.et ponit̃ dist.xlvj.c.sunt nõnulli. qui dũ malefacta hominũ laudibus efferunt: augent q̃ increpare debuerãt. Hinc enĩ ꝑ ꝓphetã Ezech.xiij. dicit̃: Ue q̃ cõsuunt puluillos sub omni cubitu manus: ⁊ faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis. Ad h̃ quippe sub cubito puluillus vel ceruical sub capite iacentis ponit̃ vt molliter quiescat̃: q̃si quis ergo male agentibus adulatur: puluillum vel ceruical sub capite vel sub cubito iacẽtis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat: ĩ ea fultus laudibus molliter quiescat: ⁊ sic vide si placet. Unde in hoc casu mendaciũ adulatoriũ semper est peccatum mortale. Secũdo modo contrariat̃ adulatio charitati ratione intentiõis: vt cũ quis ad hoc adulat̃ alicui vt ei fraudulẽter noceat corporaliter vel spiritualiter: ⁊ hoc est graue mortale peccatũ: sicut cõmuniter faciunt qui procant̃ mulieres: ⁊ eas suis voluntatibus inclinare nitunt̃: vel qui verbis adulatorijs ad alia ꝑniciosa nitunt̃ allicere: vel quomodocũqꝫ ꝓximos nitunt̃ iniuste decipere: de hoc enim habet̃ Prouerbiorũ.xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis ꝙ̃ fraudulenta odientis oscula. Tertio modo charitati cõtrariat̃ accidentaliter: sicut cum laus adulationis fit alteri occasio peccandi: scꝫ per vanam gloriã: complacentiã ⁊ similia: quod tamẽ fit ꝑter intentionem adulatoris: ⁊ hoc fit duobus modis: vt tangit glo.xxv.dist.§.al̃s. Primo cum quis in alio nimis extollit bonum quod habet. Secũdo ẜo cum quis ꝑ adulationem alicui bonũ attribuit quod non habet: ⁊ vtrumqꝫ veniale est in se: secundũ tamẽ grauius est primo. Unde dicit̃ ibidẽ in textu. Que sunt autem minuta peccata licꝫ omnibꝰ nota sint: tamen quia longum est vt omnia replicent̃: opus est vt ex eis vel aliqua nominemꝰ: ⁊ infra. Si amplius fiunt blanditus ꝙ̃ oportet: si cuiqꝫ maiori ꝑsone aut ex voluntate: aut ex necessitate adulari voluerit: hoc ibi: ⁊ sic in tali casu ponit Augustinꝰ adulationem inter peccata venialia: quod sane intelligit̃: nisi fuerint occasio mortalis ruine: tunc enim ẜm Thomã considerandũ est vtrum sit occasio data vel accepta ⁊ qualis ruina sequat̃ ⁊ ẜm hoc erit adulatio iudicanda culpa venialis vel mortalis. Porro si quis ex sola auiditate delectandi alios: iocosa profert mendacia: ille ẜm philosophũ vocat̃ placidus. Si ẜo hoc facit intentione alicuius cõmodi vel lucri consequẽdi: vel etiam alicuius mali vel incõmodi euadendi: talis vocat̃ blanditor vel adulator: ⁊ in vtroqꝫ consistit tm̃ veniale peccatũ: nisi ex aliquo accidenti cõtingeret esse mendaciũ ꝑniciosum: vel nisi ex assiduitate generaret dei contemptũ: quia tũc fieret mortale peccatum. Tertio proinde mendaciũ: hoc committit̃ appetitu placendi: ⁊ hoc fit ꝑ iactantiam. Pro quo nota ẜm Thomã scd̃a 2ᵉ. q.cxij. ⁊ Asteñ.lib.ij.ti.xxviij. ꝙ iactantia ꝓprie videt̃ importare ꝙ homo se verbis extollat. Illa enim que vult homo longiꝰ a se iactare in altum eleuat: tunc autẽ proprie se q̃s extollit quãdo de se supra se aliquid dicit. Et hoc dupliciter: vel enim de se dicit supra id quod de eo homines opinant̃: vel etiã de se dicit supra id quod ĩ se ẜm rei veritatem: ⁊ hoc ẜm magis proprie dicitur iactantia: ꝙ̃uis vtroqꝫ modo dici possit iactantia. Unde iactantia ꝓprie sic diffiniri potest. Jactantia est ostentatio ꝓprie laudis cui veritas nõ subsistit: et hoc nomĩe dicit̃ arrogãtia: cum scꝫ quis attribuit sibi qd̃ nõ habet. Potest igit̃ iactantia cõsiderari dupliciter. Uno modo ẜm se ꝓut est quoddã mendaciũ ⁊ tũc est mortale: qñ quis de se iactãter ꝓfert id quod est cõtra gloriã dei. Sicut ex ꝑsona regis cui dicit̃ Ezech.xxviij. Eleuatũ est cor tuum ⁊ dixisti: deus ego sum. Uel etiã ꝯtra charitatem proximi: sicut cum quis se iactando ꝓrumpit in cõtumelias aliorum: vt habet̃ Luce.xviij. de phariseo dicente: Non sum sicut ceteri hominũ: raptores: iniusti: adulteri: velut etiam hic publicanꝰ. Quãdoqꝫ

Jactantia

do ꝑm se quidē est veniale peccatū: quādo scȝ quis de se talia iactat que neqȝ sunt cōtra deum neqȝ contra ꝓximū: quia tūc nō est mendaciū pniciosum ī se: verūtamē ꝑm suā causam potest fieri mortale: vt si ꝓcedat ex mortali supbia vel vana gloria. Similiter si fit ꝓpter appetitum lucri: tūc ad deceptionē ⁊ damnū ꝓximi ptinere videt̄: ⁊ ideo magis mortale peccatū iudicat̄. Dicit enim pħus in .iiij. Ethicorū: ꝙ turpior est qui se iactat causa lucri ꝙ̄ qui se iactat causa glorie vel honoris: nō tamē semꝑ est mortale peccatū: quia potest esse tale lucrū ex quo alius non damnificat̄. Quarto deniqȝ mendaciū hoc cōmittit̄ affectu displicendi: sicut cum quis humilitatis causa mentit̄ ⁊ vocat̄ ironia. Nam ironia ꝓprie cōmittit̄ cum quis a veritate declinans de se minora dicit: vt cū asserit aliquid vile de se qđ tamē in se non recognoscit: aut cū negat de se magnū aliquid qđ in se tñ esse recognoscit. Et vt dicit Astesi. vbi supra. Jactantia ⁊ ironia ratione materie siue obiecti circa qđ sunt: equalia peccata sūt: quia vtrūqȝ mentit̄ circa idē scȝ circa cōditionē ꝑsone. Sed vt in plurimū iactantia ꝓcedit ex turpiori motiuo. s. appetitu lucri vel honoris: ironia do ex hoc ꝙ fugit elationem licȝ inordinate scȝ ꝑ mendaciū. Et ꝑm hoc dicit̄ .iiij. Ethicoꝝ: ꝙ iactantia est peccatū grauius ironia: cum tamen quis de se minora fingit vt dolose decipiat: tūc grauior est ꝙ̄ iactantia. Unde Ecci. xix. Est qui nequiter se humiliat ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Nam ⁊ qui hūilitatis causa mētit̄ peccat etiam plerūqȝ mortaliter: vt patet. xxij. q. ij. c. cum humilitatis: ⁊ in glosa. vbi dicit̄: ꝙ dicendo in speciali aliqđ peccatū de se cui⁹ contrariū est verū mortalit̄ peccat: ꝙ̄uis ī generali dicere potest se esse peccatorem. Et vt dicit compendiū: in hoc ꝑcepto etiam includit̄ taciturnitas veritatis tempore necessitatis: vt. xj. q. iij. c. quisquis. Ad laudem dei.

De mēdacio in hypocrisi ⁊ simulatione ⁊ quis est cēsendus hypocrita: ac vtrꝫ oīs sĩlatio sit peccatū de triplici quoqȝ hypocrisi. s. in doctrina: iusticia ⁊ vita: Sermo X

Non loqueris contra ꝓximū tuum falsum testimoniū: Exod. xx. Ordine cōgruo iam videndum est de falso testimonio ꝑm tertiā acceptionem: prout accipit̄ largissime ꝓ omni deceptoria vel pniciosa simulatione quocunqȝ modo fiat in opere vel apparatu exteriori. Ad cuius euidentiā primo queri potest: vtrū simulatio sit idem qđ hypocrisis: ꝓsertim cum simulatio cōsistat in quodam factoꝝ mendacio: sed hypocrisis pōt etiā esse si quis ostendat exterius qđ agit interius: ꝑm illud Matth. vj. Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt. Unde hypocrisis in sola intentione cōsistit dicēte domino Matth. xxiij. ꝙ omnia opa sua faciunt vt videant̄ ab hominib⁹. Et Grego. xxxj. moral. dicit: ꝙ nunqȝ quid agunt: sed quomō de actiōe qualibet hominib⁹ placere possunt cōsiderant. Simulatio do non cōsistit in sola intentiōe sed in exteriori operatiōe. Dicit eñ glosa sup illud Job. xxxvj. Simulatores ⁊ callidi ꝓuocāt iram dei: ꝙ simulator aliud simulat ⁊ aliud agit: castitatem ꝑfert ⁊ lasciuiam sequit̄: ostentat paupertatē ⁊ marsupium replet. Ad hoc dicendū ꝑm Tho. scda 2ᵉ. q. cxj. ꝙ ꝑm Jsidoꝝ nomē hypocrite tractū est a specie eoꝝ qui in spectaculis cōtecta facie incedūt: distinguentes vultū vario colore: vt ad ꝑsone quā simulant colorem ꝑueniant modo in specie viri: modo in specie femine: vt in ludis populū fallāt. Dicit enī Aug⁹. in li. de sermone domini ī monte: ꝙ sicut hypocrite simulatores aliarū ꝑsonaꝝ agunt partes illius qđ nō sunt: Non enim qui agit ꝑtes agamēnonis vere ipse est sed simulat eum: sic ⁊ in ecclesijs et in omni vita humana: quisqȝ vult se videri qđ nō est: hypocrita est: simulat enim se iustū non exhibet. Omnis igit̄ hypocrisis est simulatio: nō tamē omnis simulatio est hypocrisis: sed solū illa qua quis simulat ꝑsonam alterius: sicut cū peccator simulat ꝑsonā iusti. Nam ꝑm Jsidoꝝ in lib. etymologiarū hypocrita greco sermone simulator latine interꝑtat̄: qui dum intus malus sit: bonū se palam ostendit: Hypo enī falsum: crisis iudiciū interꝑtat̄: vñ sup illud Matth. v. sicut faciunt hypocrite: dic̄ glo. Hypocrita est qui simulat qđ est repsentator alterius ꝑsone: hoc est vult videri bonus ⁊ non est. Ad argumentū igit̄ est dicendū: ꝙ opus exterius naturaliter significat intentionē: quādo igit̄ quis ꝑ bona opera que facit ad dei seruitium ptinentia

non querit placere deo ſed hominib⁹: tūc
ſimulat rectā intentionē quam non habet.
Unde dicit Grego. xxxj. moraliū: ꝙ hypo/
crite ꝑ cauſas dei intentioni deſeruiūt ſecu
li: quia ꝑ ipa quoqꝫ ſe agere ſancta oſtēdūt
non cōuerſionē querūt hominū: ſed auras
fauorū: ⁊ ita ſimulant mendaciter intenti/
onē rectā ꝗ non habent: ꝗuis nō ſimulāt
aliquod opus rectū quod nō agant. Unde
cum hypocriſis ſit mendaciū opis: vtpote
ſimulatio quedā illius quod non eſt: ideo
ſicut in mendacio ſic etiaꝫ in hypocriſi vel
ſimulatiōe duo ſunt: vnum quidē eſt ſicut
ſignū: ⁊ aliud ſignatū. Mala autem inten/
tio in hypocriſi conſideraᵗ ſicut ſignatum
quod non reſpōdet ſigno: exteriora vͦo vel
verba vel opera vel quecūqꝫ ſimilia conſi/
deranᵗ in omni ſimulatione ⁊ mendacio ſi/
cut ſigna. Cum igiᵗ intentio qͦ eſt ſigna/
tum non correſpondet verbo vel operi vel
cuicūqꝫ ſimili tanꝙ ſigno: tunc eſt ibidem
ſimulatio. Ex dictis ꝗ patet ꝙ omnis hy/
pocriſis eſt ſimulatio: ſed nō omnis ſimu/
latio eſt hypocriſis. Secūdo queri pōt:
vtrum gerens habitū ſanctitatis vel reli/
gionis non tamē habens meritū ꝑfectio/
nis cenſendus ſit hypocrita: p̄ſertim cum
illi qui tenent habitū ſanctitatis ⁊ nō exe/
quunᵗ meritū ꝑfectionis: ſimulatores cen
ſendi ſint: quia exterior habitus ſanctita/
tis opera ſignat ꝑfectionis. Ad hoc dicen
dum ſm Aſteñ. li. ij. ti. xxvij. ꝙ talis hypo
crita cenſeri non debeat. Cuius ratio eſt:
quia habitus ſanctitatis vel religiōis vel
clericatus ſignat quidem ſtatum quo quis
obligaᵗ ad opera ꝑfectionis: ⁊ ideo cum
quis habitū ſanctitatis aſſumit: intendēs
ad ſtatum ꝑfectionis ſe trāſferre: ſi per in/
firmitatē deficiat: nō eſt ſimulator vel hy/
pocrita: quia non teneᵗ manifeſtare ſuum
peccatū habitū ſanctitatis deponēdo. Di/
cit enim Grego. xxxj. moral. Sunt nōnulli
qui ſanctitatis habitum tenent ⁊ ꝑfectio/
nis meritū exequi nō valent: hos nequaꝙ
credendum eſt in hypocritaꝝ numerū cur
rere: quia aliud eſt infirmitate peccare et
aliud malicia. Si tamē habitum ſanctita/
tis quis aſſumeret vt ſe iuſtum oſtentaret:
hypocrita ⁊ ſimulator eſſet. Ei ſimile eſſe ſi
opera bona ex genere ad ſeruitiū dei ꝑtinē
tia faceret ad inanem gloriā vel ꝓpter que/
ſtum cupiditatis. Tertio vͦo queri pōt:
vtrū omnis ſimulatio ſit peccatū: p̄ſertim
cum dicit Hiero. ⁊ poniᵗ. xxij. q. ij. c. vtilē
ſimulationē ⁊ in tempore aſſumendā Iheu
regis iſrael nos doceat exemplū: qui cum
non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal
niſi finxiſſꝫ ſe idolū velle colere dicēs: Cō/
gregate mihi oēs ſacerdotes Baal: Ach/
ab rex ſeruiuit ei in paucis ego ſeruiā ei in
multis: vt habeᵗ. iiij. Regū. x. Et Dauid
quādo mutauit faciē ſuam coram Abime/
lech ⁊ dimiſit eum ⁊ abijt: vt patꝫ. j. Regū
xxj. Sic ieſus finxit ſe longius ire: vt patꝫ
Luce vlti. Ad hoc ſm Tho. dicendū vbi
ſupra: ꝙ ad virtutē veritatis ꝑtinet vt ali/
quis talem ſe exhibeat exterius ꝑ exterio/
ra ſigna qualis eſt. Signa auteꝫ exteriora
nō ſolū ſunt verba ſed etiā facta. Sic ergo
veritati opponiᵗ ꝙ aliquis ꝑ exteriora ver
ba aliud ſignificet ꝗ ꝙ apud ſe habet: qͦ
ad mendaciū ꝑtinet: ſic etiā opponiᵗ veri/
tati ꝙ aliquis ꝑ aliqua ſigna factorum vel
rerum aliquid de ſe ſignificet contrariū ei⁹
qͦ in eo eſt: qͦ proprie ſimulatio diciᵗ. Uñ
ſimulatio ꝓprie eſt quoddam mendaciū in
exteriorū factorū lignis cōſiſtens: non re/
fert autem vtrum quis mentiaᵗ verbo vel
quocūqꝫ facto: cum enī eadem intentio fal
lendi ſit vtrobiqꝫ: equaliter vterqꝫ peccat:
verbū enim ⁊ factū aſſumunᵗ vt inſtrumē/
tum fallēdi: ⁊ ſic nō refert ꝗtum ad pecca/
tum vtrū quis verbo ſcripto nutu vl' quo/
cunqꝫ facto mentiaᵗ: ſicut nec refert ꝗtuꝫ
ad homicidiū vtrum quis gladio vel ſecu/
ri interficiat. Cum igiᵗ omne mendaciū ſit
peccatū vt dictum eſt ſupra: cōſequēs eſt ꝙ
omnis ſimulatio ſit peccatū. Uerūtamē vt
dicit Aug⁹. in li. de queſtionib⁹ euangelij.
Non omne qͦ fingimus mendaciū eſt: ſed
quādo id fingim⁹ qͦ nihil ſignat tunc eſt
mendaciuꝫ. Cum ergo fictio noſtra referᵗ
ad aliquā ſignificationē nō eſt mendaciū:
ſed aliqua figura veritatis. Ad maiorē
autem euidentiam dicit Bonauen. in. iij. ⁊
Alexander angli. ꝙ triplex eſt ſimulatio.
Prima eſt inſtructiōis: ⁊ hec fuit ī chriſto
cum fixit ſe longius ire: quia cōpoſuit mo/
tum ſuū quaſi volentis longius ire: ad ali/
quid figurate ſignificandū. ſ. ꝙ ipe ab eoꝝ
fide longius erat: vt dicit Grego. vel vt di/
cit Aug⁹. qꝛ inde longius receſſurus erat
aſcēdendo in celū: ⁊ ꝑ hoſpitalitatē quodā
modo retinebaᵗ in terra. Uel etiam in hoc
erudiuit ſuos ad exhibendū mēbris eius
officiū hoſpitalitatis: quo diſcipuli coege/
runt eū apud ſe manere: ꝑ quod etiā meru/
erunt eū cognoſcere. Secūda vͦo ſimulatio

est cautele que fuit in Dauid: vnde vt habet .j. Regū. xxj. ⁊ ibi magister ī historijs. Cum Dauid fugisset ad Achis regē Geth indicauerūt hoc regi dicentes: ꝙ quasi rex erat in israel qui latebat apud eum: ⁊ de vicino hostem reciperet si saluum eum seruaret: et timuit Dauid ꝑsertim: quia miserat Saul ad Achis vt redderet ei seruū suum fugitiuū. Cumq; traheret̄ ad regem simulauit furorem ⁊ īmutauit os suum: aliena loquens sicut insanus: ⁊ collabebat̄ inter manus eoꝝ sicut epylenticus: defluebātq; saliue eius in barbā: sicut in tali passione fieri solet: ⁊ impingebat in ostia porte quasi p clausam portam ingredi volens: ⁊ que furiosi erant agebat: vt fidē regi vere passionis ostēderet. Et ait rex: Nō ingrediat̄ hic arrepticius: et dimisit Dauid et abijt: hoc ibi. Nec dicendū est Dauid ī illa simulatione peccasse: quia vt subdit̄ in dicto. c. vtilem. Nec mirum q̄uis iustos homines tamē aliqua simulare ꝓ tempore ob suam ⁊ alioꝝ salutem: cum ⁊ ipse domin⁹ noster iesus christus peccatū non habens nec carnē peccati: simulationē peccatricis carnis assumpsit: vt cōdemnans in carne peccatū nos in se faceret iusticiā dei: hoc ibi. Glo. vt sic falleret diabolum. Dicit enim auctoritas: Si diabolus eum filium dei sciuisset nunq̄ eū a iudeis crucifigi passus fuisset. Multū igitur interest ex qua causa fiat simulatio. Dicit enim glo. Brix. xxvij. dist. c. qđ interrogasti. sup verbo: finxit: ꝙ quedam simulatio fit ex honesta causa: ⁊ quedam ex inhonesta. Ex honesta causa fit vt dicto. c. vtilē. et. xxiij. q. ij. c. Domin⁹ deus noster iubet ad Jesum naue vt cōstituat sibi retrorsū insidias. Glo. Sic ḡ p insidias ⁊ p dolū possum⁹ licite vincere hostes nostros: ⁊ hoc in iusto bello ⁊ in iusta ⁊ licita cā: vt. xliij. di. c. in mādatis. circa fi. dū tñ hosti fidem nō rumpam⁹: vt. e. q. c. noli. Et idē dicas de aduocato ꝙ si iustā hꝫ cām licite pōt aduersariū suū decipere. Sequit̄ ī glo. sup verbo: finxit. Silr̄ si q̄s simulat se religionē intrare ꝑpter timorē: talis simulatio nō nocet: dūmodo ꝓtestatio p̄cedat: vt ex̄ de his que metus cā fiūt. c. platū. vbi plane de hoc. Simulatio aūt ex inhonesta cā semp facit monachū ⁊ semp est peccatū: nec talis admitteret̄ si vellet ꝓbare ꝯriū: vt ex̄ de regular̄. c. vidua. C. de lati. lib. tollēda. l. vnica. §. sed q̄ sumus. Et nota ꝙ fm Fauētinū est fictio opis: ⁊ est fictio intentionis. Fictio intentiōis est cum quis licite accedit ad baptismū: ⁊ licꝫ ficte accedat tamen verum baptismū accipit: vt. j. q. j. c. sicut ficti. Similit̄ si quis ficte fit monach⁹ ad hoc vt possit fieri abbas: nihilomin⁹ est monachus: licꝫ ficta ⁊ non syncera sit eius intentio: ⁊ idem casus est ibidem in textu. Fictio vo operis dicit̄ vbi factum fingit̄ esse quod non fiat: vt. ff. de ritu nupt̄. simulare: vel cum simulat se vendere ⁊ donat. Tertia deniq; simulatio est duplicitatis et hec est in hypocritis: que enim tenet rationem mendacij: non autē prima ⁊ secūda: et ideo est semp peccatū. Ad cuius euidentiā queri potest: vtrum hypocrisis sit semp mortale peccatū: ꝑsertim cum dicit Hiero. Esa. xvj. in glo. ꝙ in comparatiōe duorum maloꝝ leuius est a parte peccare q̄ sanctitatem simulare. Et sup illud Job. ij. Sicut domino placuit. dicit glo. ꝙ simulata equitas non est equitas sed duplicatū peccatū. Nimirū: cum dicit Gregori⁹. xxxj. moral. ꝙ hypocrite ex malicia peccāt: sed hoc est grauissimū: quia ptinet ad peccatū in spiritū sanctū. Ad hoc dicendū fm Thomā et Asten. vbi supra: ꝙ in hypocrisi p̄ncipalit̄ sunt duo: scꝫ defectus sanctitatis ⁊ simulatio ipius. Si igitur ille dicit̄ hypocrita cuius intētio fertur ad vtrūq;: vt scꝫ aliquis non curet sanctitatē habere sed solū sanct⁹ apparere: sicut accipi cōsueuit in sacra scriptura sic manifestū est ꝙ peccatū mortale: ⁊ tales hypocrite cōmuniter fuerūt scribe ⁊ pharisei. Si aūt ille dicat̄ hypocrita qui intēdit simulare sanctitatē a qua deficit p mortale peccatū: tūc q̄uis sit ī mortali peccato: nō tñ ipa simulatio sp est ei pctm̄ mortale s; erit qñq; veniale. Et hoc discernēdū est ex fine. Nam si finis repugnat charitati dei vel ꝓximi: tunc erit peccatū mortale: sicut etiam cōmuniter cōtingit in scribis ⁊ phariseis. Exempli gratia: cum quis simulat sanctitatē vt falsam seminet doctrinam vel vt indignus ecclesiasticā adipiscat̄ dignitatē seu quecūq; alia bona temporalia in quib⁹ finem cōstituit: multomagis autē si ꝑpter vanam gloriā in qua finem constituit. Si vo finis intentus charitati nō repugnat erit peccatū veniale: puta cū quis in ipa fictione delectat̄: de quo dicit phus in. iiij. Ethicoꝝ: ꝙ magis videtur vana q̄ mala. Cōtingit etiā quādoq; ꝙ aliquis simulat pfectionem sanctitatis que nō est de necessitate salutis: ⁊ talis simulatio nec est

semp peccatū mortale: nec semp cum peccato mortali. Contingit deniqȝ φ aliquis simulat sanctitatē solum ad dei honorem et primorū edificationē: ⁊ tunc non peccat sed potius meref: dūmodo fuerit in charitate vt cum aliquis religiosus maiorem religiositatē ostendit coram secularibus φ coram suis fratribus vt magis edificent: quia tūc ostendit opa sua coram hominib⁹ vt glorificent patrē. Et si querif: cur christus iesus in euāgelio totiens hypocrisim detestaf. Respōdet Asteñ. ibidem: φ hoc fecit ꝓpter tria. Primo: quia illi pharisei ⁊ scribe quib⁹ dominus loquebaf plurimi erant hypocrite pessimi: vt iā patebit. Secūdo: quia hypocrita cōtrarius est opi diuino. Ut enim dicit Aug⁹. in enchiridion: Dñs ordinat malū in bonū: hypocrita xo cōuertit bonū in malum. Tertio: quia contrarius est toti trinitati: scȝ patri: vsurpat enī gloriā que patri attribuif: ⁊ filio qui ē veritas ⁊ vita. Quid enim est hypocrisis nisi falsa vita vel doctrina: vel iusticia apparens bona ⁊ existens mala: que triplex falsitas veritati contrariaf: et spūisancto cui bonitas attribuif: hypocrita nāqȝ non curat bonus esse sed bonus apparere. Concordat Alex. an. His igif generalif pmissis nūc ad pticularia ipius hypocrisis descendētes: ex phariseorū scribarū ⁊ iurisperitorū hypocrisi exempla sumamus. Nam christus Matth. xxiij. principaliter ⁊ in diuersis passibus euāgelistaꝝ ex effectu multiplici culpā hypocrisis eorū euidēter ostēdit. Et quia vt dictū est hypocrisis est falsa simulatio que veritati opponif: et veritas triplex distinguif. s. doctrine que consistit in quadaȝ manifestatiōe eorū de quibus est sciētia: ⁊ veritas iusticie que consistit ī quadā rectitudine regulata ꝑm regulam legis diuine. s. ꝑm quā aliquis seruat rectitudinē in indicijs ⁊ alijs que sunt ad alterum: ⁊ veritas vite ꝑm quā aliquid est verū. Dicif autē vera vita sicut ⁊ quelibet alia res: ex hoc φ attingit suā regulā ⁊ mēsurā ꝑm legem diuinā: p cuius cōformitatem habet rectitudinē: ⁊ ꝑm hanc recte viuit in seipo. Jdeo dñs ostēdit in euangelio qualiter dicti pharisei ⁊ iurisperiti p hypocrisim veritatē hanc triplicē damnabiliter corrūpebant: ⁊ hoc ꝓpter inuidiā vanam gloriā vł auaritiā. Qđ ꝓuidens in spiritu Jobes baptista: ⁊ vidēs multos phariseorū ⁊ saduceoꝝ venientes ad baptismū suū vt habef Matth. iij. nō tamē credētes ꝑm veritatē sed ꝑm simulationē ⁊ insidiationē vt etiaȝ dicit Josephus in libro antiqtatū xix. dixit ad eos: Genimina viperarū quia venenū erroris ⁊ hypocrisis a suis ꝓgenitoribus traxerūt: quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira? quasi diceret: licȝ falsitas vestra lateat in ꝯspectu populi: tamē in iudicio dei latere non pōt. Hinc ait dñs Luce. xij. Attendite a fermēto phariseorū qđ est hypocrisis: ne scȝ p eoꝝ hypocrisim auertamini a fidei veritate: nihil enī optū qđ nō reuelef: qꝛ falsitas eorum in diuino iudicio manifestabif. Primo igif damnabiliter corrūpebāt veritatē doctrine: et hoc qȝ ex liuore inuidie: vt patet Matth. xxiij. vbi dicif: Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui clauditis regnū celorū ante homīes: id est eternam beatitudinē: cuius ostiū christ⁹ est: clauis ostij est docrina vel auctoritas docēdi. Dicif enī Luce. xj. Ue vobis legisperitis qui tulistis clauē sciētie p quā scȝ intellectus verus interi⁹ latens aperiri debet: vnđ p sanā doctrinā aperif hoc ostiū: ⁊ p falsam claudif sicut ipi fecerūt scripta de christo in lege ⁊ ꝓphetis corrumpēdo. Sequif: Uos enī non intratis: qꝛ a cognitiōe quā a christo habuerūt primo: per odiū ⁊ rancorē cōuersi sunt in errorem: ⁊ hoc ideo: quis postφ ꝑdicare cepit cōtra eos: ꝓprijs passionib⁹ excecati sunt ⁊ obdurati in malo: ⁊ ideo oīa bona que fecit christ⁹ interꝑtati sunt in malū: ⁊ hoc vocaf scandalū phariseoꝝ: vt pȝ Matth. xv. Ubi cōfutata eoꝝ subdola malicia dixerūt discipuli: magister scis: qꝛ pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt: qui respondit: Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Anđ intantū erāt excecati φ xpo demonia eijciente dicerent eū in beelzebub eijcire demonia: excecauit enī eos malicia eoꝝ: vt dicif Sapiē. ij. Et tñ excecatos se nō crebāt. Nā eis querētibus Joh. ix. Nūquid ⁊ nos ceci sumus. Rñdit iesus: Si ceci essetis: id ē ignorātes scripturas ⁊ ꝓphetias de me: nō haberetis peccatū. s. intantū quātū nūc: ꝫ qꝛ dicitis: qꝛ videm⁹: id est reputatis vos intelligere scꝓturas: pctm̄ vr̄m manet: id ē aggrauaf. Nimirū: nec enī ipi volebāt in eū credere: nec alios pmittebāt ad credulitatē venire: iā enī vt dꝛ ibidē Joh. ix. cōspirauerāt: vt si qs eū cōfiteref xpm: extra synagogā fieret. Ecce qle fermentū facit maledict⁹ liuor inuidie. Qȝ xo veritatē do/

etrine corrumpebant ex appetitu vane glo
rie. Unde Matth. xxiij. dicitur. Ue vobis
scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui circuitis ma
re ⁊ aridā vt faciatis vnū ꝓselitū: ⁊ cum fa
ctus fuerit facitis eū filiuz iehenne duplo
q̄ vos. Proselit⁹ legis dicebatur q̄ de gē
tilitate ad iudaismū ꝯuertebat̄: q̄ p vitam
malā eoꝝ in moribus corrūpebat̄ ⁊ in mo
ribus deprauatus ad gentilē ritū reuerte
batur: sicq̄ fiebat apostata a lege quā ob
seruare ꝓmiserat: ac p ꝯsequēs in fide pa
riter ⁊ in morib⁹ peccauerat. Et h̄ faciebāt
ſm Chryſ. sup hunc locū ꝓpter vanā gl'iaz
vel etiā ꝓpter auariciā. Dicit etiā Hylari⁹
q̄ maris ⁊ terre pagratiōe significat in to
tis orbis finibus eos esse christi euāgelio
obtrectaturos ⁊ legis iugo ꝯtra iustifica
tionē fidei aliquos subituros: quorū futu
roꝝ raritas in vno indicat̄: neq̄ eñ post
christi predicationē doctrine eoꝝ fides reli
cta est: sed quisquis acquisitus fuerit ad fi
dem iudeoꝝ filius fit iehenne: hec ille. Uñ
huius vane glorie causa diligebant p̄mos
accubitos ī cenis: primas cathedras in sy
nagogis: salutationes in foro: ⁊ vocari ab
hominibus rabbi. Et hec fuit etiā vna cau
sa cur in christū credere nolebant: sicut ait
Joh. v. Quomodo vos potestis credere q̄
gloriā ab inuicē accipitis ⁊ gloriā que a so
lo deo est nō queritis? Alchuin⁹ ibidē dic̄
Ideo non possunt credere q2 superba mēs
eoꝝ laudari desiderat ⁊ se sup alios efferre
cū econtra videbant christū pauperē ⁊ vi
lem cui subijci refugebant. Quandoq̄ de
niq̄ veritatez doctrine ex affectu auaricie
corrūpebāt. Unde ait Matth. xxiij. Ue vo
bis duces ceci qui dicitis: quicunq̄ iura
uerit p templū nihil est: qui autē iurauerit
ī auro tēpli debitor ē ⁊c. Pro quo no. q̄ ex
cupiditate auri ⁊ donoꝝ emanauit talis er
ror ab eis: q̄ qui iurabant per templū vel
altare: nec peccabāt nec erant in aliquo ob
ligati: qui vero iurabāt p aurū tēpli vl' do
nū altaris erant obligati ad absoluenduz
sacerdotibus certā quotā auri vel etiā tā
tū quātū valebat illud donū. Insup dicit
ibidē Chryſ. q̄ sacerdotes auꝝ quo ipi de
lectabant̄ ⁊ dona q̄bus ipi pascebant̄: san
ctiora dicebant esse q̄ ipm tēplū: vt homi
nes ꝓmptiores facerent ad offerēda dona
q̄ ad p̄ces fūdēdas in tēplo. Sic ex auari
cia docebāt filios parētibus debita offer
re in templo: dicit̄ enim Matth. xv. Qua
re trāsgredimini mādatū dei ꝓpt̄ traditio
nē vr̄am? De⁹ eñ dixit: Honora patrem ⁊
matrē: ⁊ vos dicitis: q̄cunq̄ dixerit pr̄i vl'
matri mun⁹ qḋ ē ex me scz deo oblatū ⁊ cō
secratū: ꝓderit etiā tibi magis scz q̄ si ex
pēderes in necessitates tuas. Glo. ibidē vt
sit sensus qḋ ego offero deo ⁊ mihi ⁊ tibi ꝓ
derit: ⁊ ideo nō debes sumere res meas in
tuos vsus sed pati vt deo offerā. Secundo
corrūpebant veritatē iusticie ⁊ hoc vl' ex li
uore inuidie: sicut Matth. xv. Non amore
iusticie sed liuore inuidie christū in suis di
scipulis arguebant: tanq̄ ꝯtēptorē doctri
ne seniorū: vt sic eū redderēt odiosū popu
lo. Quare inquiūt discipuli tui trāsgredi
untur traditiōes senioꝝ? nō eñ lauāt ma
nus cū panē manducāt. Multas eñ hmōi
traditiōes obseruandas statuerūt: vt zela
tores iusticie viderentur: ⁊ propt̄ hec chri
stū in suis redarguebāt: nō moti zelo iusti
cie sed liuore inuidie. Sicut ⁊ Matth. xij.
discipulis spicas vellētibus improperabāt
christo dicētes: Ecce discipli tui faciūt qḋ
non licet eis facere sabbato. Et ideo cōclu
dit ꝯtra eos dñs Matth. xv. dicēs: hypo
crite bene ꝓphetauit vobis Esaias. xxix.
licet sub alijs verbis. Populus hic labijs
me honorat: quia verbis iusticiā zelare vi
debantur: cor autē eoꝝ lōge est a me: quia
liuorem inuidie per hoc fouere q̄rebāt: sic
patet exp̄sse Joh. viij. cū obtulerūt mulie
rē in adulterio deprehēsam quasi requirē
tes iusticiam: cuz tamen ibidem subditur:
hoc dicebant tentantes eum vt possent ac
cusare eum. Uel etiā corrūpebāt veritatez
iusticie ex appetitu vane glorie: multas nā
q̄ traditiōes ⁊ obseruatiōes inducebāt nō
faciendo sed docēdo vt sic hominib⁹ iusti ⁊
honorabiles apparerēt. Uñ dic̄ Lu. xj. Ue
vobis legisperitis q̄ oneratis homiēs one
rib⁹ q̄ portari nō p̄nt: ⁊ ipi vno digito vr̄o
nō tangitis sarcinas. Et nihilomin⁹ tume
bāt ꝓpria ꝯplacētia ⁊ vana gloria tanq̄ iu
sti: ⁊ sic aspernabant̄ ceteros ad quos chri
stus direxit parabolā de phariseo ⁊ publi
cano: q̄ ponit̄ Lu. xviij. In talibus eñ ni
hil est nisi quedā falsa species sāctitatis vl'
honestatis: q̄bus iteꝝ ait dñs Matth. xx
iij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̄
similes estis sepulchris dealbatis: q̄ appa
rēt a foris homib⁹ speciosa: int⁹ vero plena
sūt ossib⁹ mortuorum ⁊ omi spurcitia: sic ⁊
vos a foris q̄dē paretis homib⁹ iusti: int⁹
aūt pleni est̄ hypocrisi ⁊ iniq̄tate. Ut deni
q̄ corrūpebāt eā ex affectu auaricie: dicit̄

enim Matth.xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pha
risei hypocrite qui decimatis mētā ⁊ anhe
tum ⁊ ciminū ⁊ relinquitis q̄ grauiora sūt
legis: iudiciū ⁊ misericordiā ⁊ fidē. Hier.
ibidē ex hoc capitulo arguit eos auaricie
ꝙ studiose etiā viliū olerū decimas exigāt
⁊ iudiciū in disceptatiōe negotiorū miseri/
cordiamꝫ in paupes ⁊ fidē in deum q̄ ma/
gna sunt pretermittāt. Chrys. ibidem Sa/
cerdotes auaricia pleni si quis decimā ali
cuius rei vel minime non obtulisset: corri/
piebant eum quasi magnū crimen fecisset:
si quis autem alterum ledebat aut in deuz
peccabat: nō curabant eū corripere: de lu/
cro suo solliciti de gloria dei ⁊ de salute ho
minū negligentes. Tertio corrumpebāt
veritatē vite ⁊ hoc etiā tripliciter. Primo
ex liuore inuidie: ⁊ de hoc habet Luc. xx.
vbi principes sacerdotū ⁊ scribe querebāt
iesum capere ꝓpter parabolam ꝯtra eos di
ctam sed timuerunt populū ꝓpter quod cō
silium inierunt vt eum caperent in sermo/
ne: miseruntꝫ insidiatores qui se iustos si/
mularēt. s. quosdam discipulos cū herodia
nis vt sic ficta iusticia iesum redderēt īcau
tum: vt sic discipuli caperēt eū in ſmone: ⁊
milites herodis eū raperēt ad puniendum
⁊ dicūt ei. Magister scimus quia verax es
scꝫ in vita: ⁊ viam dei in veritate doces. s.
in sana doctrina: ⁊ non est tibi cura de ali/
quo: in quo apparet tua iusticia: ⁊ sic eum
cōmendauerunt licet fallaciter de veritate
doctrine iusticie ⁊ vite: vt liberiorē redde
rent ad respondendū: ⁊ deinde ꝓponūt ei
questionē brigosam dicentes: Licet cēsum
dare cesari an non? At si diceret nō esse lici
tū: iudicaret ꝯtrarius cesari: si diceret esse
licitū videret cōtrarius libertati populi ⁊
diuino honori. Cognita igit iesus eorū ne
quitia dixit: quid me tentatis hypocrite:
quasi diceret: non queritis veritatē addi/
scere sed me verbis capere. Secundo vero
ex motiuo vane glorie. Dic eī iesus Mat/
thei. xxiij. Omnia opera sua faciūt vt vide
antur ab hominibus. i. ꝓpter vanā vł hu/
manā gloriā: dilatant eni phylateria sua:
scꝫ pre alijs vt videant magis religiosi: et
magnificabant fimbrias suas. Et Matth.
vj. dicit. Cū facis elemosynā noli tuba ca
nere sicut hypocrite faciunt: non ad pau/
perum vocationem sed ad propriam osten
tationem. Eadem etiā causa culpant Mat
thei. xxiij. ꝙ edificant sepulchra ꝓphetaꝝ
quia scdm Chrysos. ibidē dicebāt apud se
Si benefecerimus pauperibus non mult
vident ⁊ ꝑ tempore vident: nōne ergo me/
lius edificia facimus que omnes aspiciūt
non solum in hoc tempore sed etiam in po/
sterum. O insipiēs homo quid tibi ꝓdest
post mortem ista memoria: si vbi es torque
ris ⁊ vbi nō es laudaris? hec ille. Et iteruz
ibi: Cū oratis non eritis sicut hypocrite q̄
amant in synagogis ⁊ angulis platearum
stantes orare. Chrysostomus vt videant
absconse orare ⁊ sic dupliciter laudent: et
quia orant ⁊ quia absconse orant: ⁊ hoc vt
videantur ab hominibus. Et iterū ibidez.
Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite
tristes: exterminant eī facies suas vt ap/
pareant hominibus ieiunātes. Chrysosto
mus ibidē. Si quis ieiunat ⁊ tristē se facit
hypocrita est: tantomagis iniquior est qui
non ieiunat sed argumētis quibusdā in fa
cie sua pingit venalē pallorē quasi ieiunij si
gnū. Pro his igit ⁊ silibus ait dñs Mat.
xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocri/
te q̄ mundatis qđ deforis est calicis ⁊ pa/
rapsidis: intus autē pleni estis rapina ⁊ ī/
mundicia: pharisee ecce mūda prius qđ in
tus est calicis ⁊ parapsidis: vt fiat id qđ ē
deforis mundū. Origenes ibidē. Hic ſmo
nos instruit vt festinemꝰ esse iusti nō appa
rere. Qui eī studet vt appareat iustꝰ: que
a foris sunt mundat ⁊ que videt curat: cor
autē ⁊ conscientiā negligit: qui aūt studet
ea que intus sunt: id est cogitationes mū/
dare: consequens est vt etiaz que foris sūt
faciat mūda. Tertio deniꝫ ex affectu aua/
ricie. Unde Matthei. xxiij. Ve vobis scri/
be ⁊ pharisei hypocrite qui comeditis do/
mos viduarum in oratione longa orātes:
propter hoc amplius accipietis iudicium.
Quod a nobis auertat iesus christꝰ in se/
cula benedictus Amen.

Sequuntur sermones de prece pto nono ⁊ decimo.

De concupiscentijs in generali ac progressu tētationis. ⁊ cur om/ nis tētatio diabolo ascribitur: ac vtrum prothoparētes tentari de/ buerant: Sermo I

N n On cōcupiſces
domuz proximi tui: nec de
ſiderabis vxorem eius: nō
ſeruum: non ancillam: nō
bouem: non aſinū: nec om
nia que illius ſunt. Exod.
xx. In his verbis dominus conſtringit pa
riter explicite duo vltima precepta: impli/
cite vero prohibet dominus in eis vniuer
ſaliter omnē concupiſcentiam inordinatā
⁊ prauam cupiditatem. Et ſic in his duob9
preceptis prohibētur peccata cordis: ſic̄ in
A precedētibus prohibentur peccata oper̄.
Et ſi queritur cur deus hec duo precepta
addidit que prohibent affectū: cū ⁊ in pre/
dictis preceptis implicite data ſunt: vtpo/
te que prohibent manum et affectum. Ad
hoc dicendum ſcd̄m Alexandrū an. in. iij.
ſuo: q aliquando contingit peccatum eſſe
in voluntate non ſequente opere: ne ergo
quis crederet eſſe peccatum tm̄: cum opus
coniungitur voluntati: ideo ſeperatim p/
hibuit malam voluntatem. Nihilominus
tamen cum opus voluntatez ſequitur: tūc
voluntas ⁊ opus exterius ſi conſiderent
in radice ſcilicet libidine ⁊ intentione ſunt
idem peccatum: ſi vero conſideretur volū/
tas in ſe ⁊ opus in ſe: tunc alie ſunt circum
ſtantie boni debite actui exteriori q volū/
tati: quia diuerſificatur modus: locus: tē/
pus ⁊ quedam alie circumſtantie: licet cir/
cumſtantia finis ſit eadem. Ut ergo rudi/
bus daretur intelligi q ſola praua volun/
tas ſine opere comitante vel conſequente
peccatum eſſet: ideo de voluntate ſpecialia
dedit mandata. Dicit etiaz Richardus in
iij. di. xxx. q concupiſcentia vxoris dupli/
citer conſiderari poteſt. Aut inqtū ex ipſa
cauſatur exterior actus mechandi: ⁊ ſic ea/
dem prohibitione prohibentur cum exteri
ori actu: aut inqtum ex ipſa non ſequitur
actus exterior: ſicut quando concupiſcens
impeditur ne perpetrare poſſit factum ex/
terius: ⁊ ne putari poſſet talis concupiſcē/
tia culpa non eſſe: ideo prohibetur in iſto
precepto: quando non ſequitur actus exte
rior propter aliquod īpediens: ſicut in ter/
tio precepto ſecunde tabule prohibetur ſi/
mul actus mechandi ⁊ inordinata concu/
piſcentia interior a qua progreditur actus
ille: ⁊ accipitur hic concupiſcentia non p
paſſione appetitus ſenſitiui: ſed pro delibe
ratiua voluntate mechandi. Et eodem mo

dici poteſt de prohibitione furti ⁊ de cōcu/
piſcentia poſſeſſionis proximi: ac per cōſe/
quens de tranſgreſſione actuali aliorum p̄
ceptorum et de concupiſcentia eorum. In
his etiam duobus ſcilicet in mechia ⁊ cu/
piditate magis prohibet ſeorſum volunta
tem et opus q in alijs: quia delectatio me/
chie ⁊ vtilitas diuitiarum ſunt propter ſe
magis delectabilia: inqtum habent ratio/
nem delectabilis vel vtilis: ⁊ ideo debuit
in eis opus ⁊ concupiſcētia prohiberi. Un
de ⁊ propter improbitatem libidinis tales
concupiſcentie citius progrediuntur in ex
terius opus: nimirum cum ad hanc dupli
cem concupiſcentiam natura corrupta ma
xime inclinet. Nam ad concupiſcentiā ocu
lorum inclinat propter ſui conſeruationez
in eſſe indiuidui: ⁊ ad concupiſcentiaz car/
nis inclinat propter ſui conſeruationem in
eſſe ſpeciei. Inſuper hec duplex concupiſcē
tia prohibetur propter tria damna que fa/
cit in homine. Primum eſt q animam de/
teſtabiliter inficit et maculat: quia concu/
piſcentia carnis eſt ſicut aqua fluens: con/
cupiſcentia oculorum ſicut terra propt̄ ari
ditatem terrene affectionis: ⁊ ideo ſicut ex
terra ⁊ aqua fit lutum naturale: ſic ex hac
duplici concupiſcentia fit lutum ſpiritua/
le quo ſordidatur anima: ac per cōſequēs
deſpicabilis ⁊ fetida redditur in conſpectu
dei ad modū viliſſimi luti. Secundū eſt q
ad modū ignis extinguibilis animā inflā
mat: de quo Job. xxxj. Ignis ē vſq ad cō/
ſummationem deuorans: ac per cōſequēs
animam incinerat: anime bona ſpiritualia
ad nihilum redigens: ⁊ tunc ſuperuenit ſo
ror ei9 tertia ſcilicet ſuperbia vite: que ad
modum venti ſufflat ⁊ in cinerem redactā
ad modū puluerum vſquaq diſpergit.
Sicut ī pſalmo. j. dicitur de impio. Et ipſe
tanq puluis quem proijcit ventus a facie
terre. Tertiuz eſt q vtraq concupiſcentia
tanq inſatiabilis animam ſemper cruciat:
vnde dicitur prouerbioꝝ. iij. He ſunt due
filie ſanguiſuge clamantes affer affer. Nā
oculorum concupiſcentia dicit affer diuiti
as: carnis vero concupiſcentia dicit affer
delitias: ⁊ appetitus vtriuſq inſatiabilis
eſt. Preterea ſi queritur vtrum hec duo
precepta de non concupiſcendo maluz ſint
precepta legis naturalis. Ad hoc reſpon/
det Aſteñ. li. j. ti. xliij. q ſic: qr ſicut in cor/
de nr̄o ſcriptū eſt q nō eſt faciendū maluz
ſic etiā in eo ſcriptū eſt q malū nō eſt cōcu

piſcendum. Nec obſtat illud qđ põit Ro.
vij. Concupiſcentiã neſciebaꝫ niſi lex dice/
ret: Nõ cõcupiſces: quia apoſtolus loqtur
in pſona eoꝝ in quibus lex naturalis erat
intantũ obſcurata ꝙ neſciebant vtrũ con/
cupiſcentia erat peccatũ. Et ꝗ̃tum ad hos
dicit gloſa: neſciebã peccatũ eſſe. In aliq̃/
bus autẽ non erat ita obtenebrata quin be
ne ſcirent eſſe peccatũ ſed nõ tã graue: ⁊ ꝗ̃
tum ad hos dicit gloſa vel tã graue. Et ſic
non eſt ſimpliciter verũ illud quod legitur
Lex cohibet manũ nõ animũ: licet ſcđꝫ q̃d
verũ eſt: qua propter euãgeliũ a lege ſup/
abundat. Naꝫ lex actũ cordis prohibet in
iſtis preceptis: ne iudei rudes ⁊ carnales
putarent ipm eſſe conceſſum. Sed in duo/
bus ſupabũdat euangeliũ. Primo in ge/
neralitate prohibẽdi: quia Matth. v. phi/
betur actus cordis inordinatꝰ ſcđꝫ vim ira
ſcibilẽ ⁊ cõcupiſcibilẽ: in lege vero tm̃ ſcđꝫ
vim cõcupiſcibilẽ. Secũdo ſup abũdat in
expreſſiõe: quia in lege nõ prohibet̃ niſi af
fectiõis iordinatio: cũ dicit̃ nõ cõcupiſces
in euãgelio vero phibet̃ etiã intẽtio cogi/
tatiõis. Matth. v. vbi dicit̃. Si viderꝭ mu
lierẽ ad cõcupiſcendũ eã ⁊c̃. i. ſi oculum ha
beas intẽtionis in mulierẽ cogitãdo vt cõ/
cupiſcas eã iã mechatus es ⁊c̃. Cõcordat
Alex. ãgli. in. iij. Et ſcđm eoſdẽ in his duo
bus preceptis prohibetur concupiſcẽtia ge
neralis: quia omne concupitum eſt extra.
Aut igitur eſt nobiſcum cõmunicãs: ⁊ ſic
intelligitur per vxorem ſcđm modũ deca/
logi per ſynodochen a parte totum. Vl' nõ
eſt nobiſcũ cõmunicans: ⁊ ſic intelligit̃ p
rem pximi. Et ideo de generali cõcupiſcẽ/
tia proſequi cupientes: originem ⁊ progreſ
ſum illius breui ſtilo ꝯſtrĩgamus. Sed qꝛ
in magis appetibilibus ſcđm animã corru
ptã hec potiſſime relucent: ideo de carnali
bus ſumamus exemplũ. Dicit eñ Greg. in
moralibus ꝙ ex quo luxuria ſemel mentẽ
occupauerit: vix eã bona deſideria cogita
re pmittit. Et rationẽ addit dicẽs: Sũt eñ
viſcoſa deſideria: qꝛ ex ſuggeſtiõe oritur co
gitatio: ex cogitatiõe affectio: ex affectiõe
delectatio: ex delectatiõe ꝯſenſus: ex ꝯſen
ſu opatio: ex operatione cõſuetudo: ex con
ſuetudĩe deſperatio: ex deſperatiõe pecca/
ti defenſio: ex defenſiõe gloriatio: ⁊ ex glo/
riatiõe damnatio. Ex qua auctoritate patꝫ
ꝙ Grego. ſuggeſtionẽ põit tanq̃ originẽ et
initiũ in pgreſſu vitioꝝ. Preterea lꝫ ſꝫ eũ
dẽ Grego. triplex ẽ ſpũs q̃ talẽ ſuggeſtiõeꝫ
ĩgerit: q̃s inq̃t ſpũs ſit q̃ loquat̃ ip̃a ſugge
ſtio declarabit. Spũs eñ naturalis vl' ſen
ſualis mollia ⁊ voluptuoſa: ſpũs mũdi va
na: ſpũs diaboli vl' malicie amara loquit̃:
tñ oẽs tentatiões hmõi diabolo nõ ĩme/
rito aſcribunt̃: cuius pprĩũ officiũ eſt ten/
tare. Pro quo nota ſcđm Thom. in. ij. ꝙ
diabolus ſolus tentare dicit̃ rõne triplici. B
Primo ratiõe inceptiõis: nã ip̃e primo tẽ/
tauit hominẽ: ex qua tẽptatione parata eſt
alijs tentationis via. Secũdo ratione intẽ
tiõis: qꝛ ſoli diabolo ⁊ mẽbris eiꝰ ꝯuenit ĩ/
pugnare virtutẽ cũ ĩtẽtiõe occidẽdi homi/
nẽ p peccatũ: hoc enĩ caro nõ intendit: ſed
frui cognito delectabili. Tertio rõne coo/
peratiõis: nã ipſe diabolus vtit̃ rebus mũ
di ⁊ carne: ſicut inſtrumẽtis ad tentanduꝫ
hominẽ. Unde Bern. in quodã ſmone di
cit ꝙ demonũ eſt mala ſuggerere: noſtrum
eſt nõ cõſentire: quotiẽs eis reſiſtimus to/
tiẽs eos ſuperamus: angelos glorificamꝰ:
deum honoramꝰ: qui incitat vt pugnemꝰ:
adiuuat vt vincamus: cõciliat ne deficia/
mus: hec ille. Et licꝫ etiã ĩpugnamur a car
ne: tamẽ vt dicit Ambro. ſup Lucã: anima
nunq̃ a corpore vinceret̃ niſi prius a dia/
bolo teneret̃. Et infra. Sine pmiſſione dei
diabolũ nocere nõ poſſe cognoſcas: ne po/
tentiã diaboli magis timeas q̃ diuinitatꝭ
offenſam. Fidelis aũt deus ſm aplm q̃ ñ
patiet̃ vos tentari ſup id quod poteſtis. ſ.
ſuſtinere: ſed faciet etiam cũ tentatione p/
uentum. Dicit inſuper Iſidorus li. iij de ſũ
mo bono: ꝙ quando diabolꝰ decipere quẽ
q̃ querit prius naturam vniuſcuiuſq̃ intẽ
dit deinde applicat vnde aptum hominem
ad peccandum inſpexerit. Et ideo diabolꝰ
viliſſimo lenoni conueniẽter aſſimilari po
teſt. Nam leno vel adulter viliſſimꝰ ad de/
cipiendũ mulierem quamcunq̃ ſicut illam
ſubdolis adinuentionibus ⁊ blãdicijs ag/
greditur vt ad conſenſum alliciat: ſic etiaꝫ
diabolus velut adult̃ libidinoſus animaꝫ
primo per ſuggeſtiones alloquitur ⁊ falla
citer blanditur. Sicut Sichem blandicijs
deliniuit Dinã filiã Iacob vt legitur Ge/
neſ. xxxiiij. que triſtis erat: quia corrupta
fuit. Sic diabolus propter caſum in cõſci/
entia contriſtatus falſis ſponſionibus de/
mulcet promittens longam vitam: futurã
penitentiam diuinam miſericordiam ⁊ fi/
nem felicem. Sed multũ cauendus eſt ſer/
pens iſte lubricus et verſipellis: vtpote de
quo dicit Iſidorus libro. iij. de ſum. bono.

Diabolus serpens est lubricus: cuiꝰ si capiti .i. prime suggestioni non resistit: totꝰ interna cordis dū nō sentit illabitur. Hic q̄ri potest vtrū diabolꝰ pōt inducere hominem ad peccandū interius instigando: p̄sertim cum interiores motus anime sūt q̄dā opera vite: sed nullū opus vite potest esse nisi ab intrinseco p̄ncipio: nec etiā opꝰ anime vegetabilis qd̄ est infimū inter opera vite. Ad hoc dicēdū ꝫm Tho. p̄ma. 2e. q. lxxx. q̄ interior ps anime est intellectiua ꝛ sensitiua. Intellectiua autē cōtinet intellectū ꝛ voluntatē. Intellectus igit̄ p se q̄dem mouet̄ ab aliquo ipsum illuminante ad cognitionē veritatis: quod diabolꝰ circa hominē nō intendit sed magis rationē ipsius obtenebrat ad ꝯsētiēdū pctō. Que q̄dem obtenebratio ꝓuenit ex fātasia ꝛ appetitu sensitiuo: vnde tota interior operatio diaboli videt̄ esse circa fantasiā ꝛ appetitū sensitiuū: quoꝝ vtrūq͂ cōmouēdo potest ad peccatū inducere: qꝛ potest operari ad hoc ꝙ imaginatiue alique forme imaginarie presētent̄. Sed quo modo gr̄a breuitatis supsedeo. Potest etiā facere appetitus sensitiuus ꝯcitetur ad aliquā passionē Nimiꝝ cum dicat phus in libro de somno et vigilia ꝙ amantes modica similitudine in apprehensione rei amate mouentur. Cōtingit insuper ꝙ passiōe concitata id quod imaginatiue proponitur iudicetur esse ꝓsequendum: quia ei qui detinetur a passione videtur esse bonū ad quod per passionē inclinatur: ꝛ per hunc modū diabolus interius inducit ad peccandū. Unde licet opera vite semper sint ab aliquo principio intrinseco: tamē ad ea potest etiā cooperari aliqd̄ aliud exterius agēs. Sicut etiam ad opera anime vegetabilis calor exterior cooperat̄ vt facilius cibꝰ digerat̄. Pro q̄ nota ꝙ voluntas est ꝓpriū principiū actꝰ peccati: quia omne peccatum est voluntariū. Que scꝫ voluntas a duobus moueri pōt. Primo ab eo qd̄ interius inclinat volūtatē ad volēdū: ꝛ hoc nō est nisi voluntas vl̄ ip̄e deus: deus autē non potest esse cā peccati: relinquitur ergo ꝙ ex parte sola volūtas hominis sit directe causa peccati eius. Secūdo Ꝟo ab obiecto: sic̄ dicit appetibile apprehēsum mouet appetitū: ꝛ obiecta mouent potentias. Et ex hac parte pōt intelligi ꝙ aliquid voluntatē moueat tripliciter. Uno modo ipsum obiectum propositum: sicut dicimus ꝙ cibus excitat desiderium hominis ad cōmedēdū: ꝛ illo modo res sensibiles exterius apparētes mouent voluntatē hominis ad peccandū. Secundo modo ille qui ꝓponit vl̄ hmōi offert obiectū: vt homo vl̄ diabolus. Tertio modo ille qui ꝑsuadet obiectū ꝓpositum homini tanq͂ bonū vtile: delectabile vel honestū: talis em̄ aliqualiter ꝓponit ꝓpriū obiectū voluntati: qd̄ est rōnis bonū verū vl̄ apparens. Et his duobus modis hō vl̄ diabolꝰ incittare potest ad peccandū offerēdo scilicet sensui aliqd̄ appetibile vl̄ ꝑsuadēdo rationi. Uerūtamē nullo istoꝝ triū modoꝝ potest aliqs directe eē causa peccati: qꝛ voluntas nō est ex necessitate mouet̄ ab aliq̄ obiecto nisi ab vltimo fine. Ex quibꝰ ꝯcludit̄ ꝙ diabolus nō potest esse directe ꝛ sufficient̄ causa peccati sed solū per modū ꝑsuadentis vel appetibile ꝓponentis: volūtas autē humana directe est causa peccati. Et si obijcitur ꝙ diabolus inferre pōt necessitatē ad peccandum: qꝛ dicit̄ de eo Job xlij. ꝙ non est potestas sup terrā que valeat ei cōparari. Ad hoc dicendū ꝙ diabolꝰ ꝓpria virtute nisi refrenet̄ a deo: potest q̄dem aliquē ex necessitate inducere ad faciendū aliquē actū qui de suo genere est peccatū: hoc est potest aliquē inducere in actū peccati: nō tamē pōt inducere necessitatem peccandi: qd̄ patet ex hoc: qꝛ homo non resistit motiuo ad peccandū nisi per rationē cuius vsū diabolus nisi refrenet̄ a deo totaliter impedire pōt mouēdo imaginationē ꝛ appetitū sensitiuū: sicut patet in arrepticijs: sed tūc rōne sic ligata q̄cquid homo agit nō imputet̄ ad peccatū: sed si ratio nō sit totaliter ligata: ex ea pte q̄ ē libera peccato resistere pōt. Añ nulla ptās maior homine mouere pōt volūtatē homīs nisi solꝰ deus: alioq̄n frustra diceret̄ .j. Pe. vl. Aduersarius vester diabolꝰ tanq͂ leo rugiens circūit querēs quē deuoret cui resistite fortes in fide. Nec deniq͂ oīa peccata hoīm ex suggestione diabolica sunt. Dicit̄ enim in lib. de ecclasticis dogmatibus: ꝙ ñ omnes cogitatiōes nr̄e male a diabolo excitātur ꝫ aliq̄tiēs ex nr̄i arbitrij motu emergūt: ꝛ h̄ ꝓbat Origenes ex h̄: qꝛ etiā si diabolꝰ nō eēt homīes appetitū haberēt cibi ꝛ venereoꝝ ac siliū: q̄ possꝫ iordinatꝰ eē nisi ratione ordiaret̄ qd̄ subiacet libero arbitrio Hinc lꝫ Dyo. dicat. iiij. c. de di. no. ꝙ multitudo demonū causa est omnium maloꝝ ꝛ sibi ꝛ alijs: h̄ tamen intelligitur occasio/

naliter ꝛ indirecte: inq̄ꝫtū induxit primum
hominē ad peccandū: ex cuius peccato in/
C tantū vitiata est humana natura ꝙ oēs su/
mus ad peccandū ꝓcliues. Secūdo que
ri potest vtrū fuerit cōueniēs ꝙ hō tentare
tur a diabolo: p̄sertim cū eadē pena finalis
debeat peccato angeli ꝛ pctō hominis: ẜꝫ
illō Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eter
num qui parat⁹ est diabolo ꝛ angelis ei⁹:
sed primū peccatū angeli nō fuit ex aliq̄ tē
tatione exteriori: ğ nec primū peccatū ho/
minis esse debuit ex aliq̄ tentatiōe exterio
ri. Deus insup futurū prescie bat ꝙ hō p tē
tationē demonis in peccatū deijceret: ꝛ sic
bene sciebat ꝙ homini nō expediebat ꝙ tē
taret. Ad h̄ dicenduꝫ scdm Tho. scda. 2e.
q. clxv. ꝙ diuina sapientia disponit omnia
suauit: vt dicit Sap. viij. inq̄ꝫtū scꝫ sua ꝓ/
uidentia singulis attribuit q̄ eis cōpetunt
ẜm suā naturā: q2 vt dicit Dyonisius. iiij.
c. de diuinis nominib⁹. Prouidentie diui/
ne nō est naturā corrūpere sꝫ saluare. Hoc
autē pertinet ad ꝯditionē humane nature
vt ab alijs creaturis iuuari vł īpediri pos/
sit: vnde cōueniēs fuit ꝙ de⁹ hominē ī sta/
tu innocētie tentari pmitteret p āgelos ma
los ꝛ iuuari facere p bonos. Ex speciali au
tem beneficio grē h̄ erat ei collatū: vt nul/
la creatura exterior ei nocere possꝫ ꝯtra ꝓ/
priā volūtatē p quā etiā tētatiōi demonis
resistere poterat. Sicut ğ de⁹ sciebat ꝙ hō
p tentationē in peccatū esset deijciēdus: sic
etiā sciebat ꝙ p libeꝝ ar. tentationi resiste/
re poterat. Sed hoc requirebat cōditio na
ture ipsius vt ꝓprie voluntati relinquere/
tur: ẜm illud Ecci. xv. Deus reliq̄t homīeꝫ
in manu ꝯsilij sui: vt. s. ad q̄cūq̄ꝫ vellet se
verteret: nec sine merito celeste regnū acq̄/
reret. Vn̄ Greg. li. iiij. moral. Ad h̄ hō posi
tus erat in paradiso vt si se ad cōditorꝭ sui
obedientiā vincłis charitatis astringeret
ad celestē angeloꝝ patriā q̄n̄q̄ꝫ sine carnis
morte trāsiret. Alioq̄n vt dicit Aug⁹. xj. su
